

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Ivs Comitiorvm S.R.G.I. In Interregno**

**Ayrer, Georg Heinrich  
Strube, Julius Melchior**

**Gottingae, [1746?]**

**VD18 1276969X**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-17499**

IVS COMITIORVM S. R. G. I.  
IN INTERREGNO.

---

PRAESIDE  
ILLVSTRI VIRO  
GEORGIO HENRICO AYRERO D.  
CONSILIARIO AVL. REG. ANTECESSORE IVRIS  
ORDINISQVE SVI H. T. DECANO.  
DISPVATA COMMENTATIO  
IVLII MELCHIORIS STRVBII.

---


HAB, H. L. Q. C. A. D. MAII MDCCXXXVI.

---



*Hum. et. fac. Göttingae.*

GOTTINGAE,  
LITERIS ABRAMI VANDENHOECK, ACAD. TYPOGR.



B.I.G.

Farbkarte #13

Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



# Lectori benevolo

S. P. D.

GEORG. HENR. AYRER D.

Quantuis non blando Te alloquio inuitandum allectandumque esse putem, Lector beneuole, ad perlegendum scriptum, quod semet ipsum & argumenti dignitate, & apta elegantique tractandi illius ratione, & doctrinae rerumque exquisitissimarum copia iam satis potest commendare; haud aegre tamen, uti quidem spero, feres, si, antequam ulterius progrediendo desiderio Tuo satisfacias, in ipso lumine tantisper Te morer, cum ut Tibi de Auctoris doctissimi laudatissimis studiis, tum ut huic ipsi quoque de propensissima voluntate mea plenius constet.

Dum autem commentationi Academicae, nuper in nostra Georgia Augusta natae & propediem publice disputandae, praefari animus est, incido forte, boni haud dubie ominis caussa, in *Anecdota Boineburgica*, quorum eximium thesaurum, hucusque reconditum, Vir Perill. IOH. DAN. CALVERVS, per *Commercium epistolicum Leibnitianum*, ipsius cura eruditis omnibus pergrata concinnatum publicique iuris factum, nuper magno reip. literariae emolumento reclusit. Retinet me inter illa varietate & suauitate sua epistola CCCXXV. in qua HERMANNVM CONRINGIVM ad summi id temporis Musarum patroni, L. B. de BOINEBURG, literas Helmstadio Moguntiam ita rescribentem deprehendo: *Binnio praeside habita quidem est disputatio quaedam de rep. principatum Germaniae, sed nequaquam Binnio auctore conscripta. Auctor est iuuenis doctus.*

X 2

Quibus



Quibus ipsis verbis a CONRINGIO errorem literarium detectum esse, adparet, in quo non solum BOINEBURGIUS, ut ex ipsis eius epistolis colligere licet, sed multi alii Viri eruditi antea fuerant versati. Acciderat scilicet tum LVDOLPHO HVGONI, ut, cum iuuenilibus annis opus vere virile de *statu regionum Germaniae*, suo Martē contextum, in Academia Julia, sub praesidio HENR. BINNII, Viri haud incelebris, ad summos in utroque iure honores consequendos, pro cathedra defendisset, non ipse, sed praeses eius, pro auctore haberetur, donec, detracta disputationis forma, praestantissimum hoc scriptum nouo libelli singularis, qui haud immerito summis Viris aureus dictus maximam HVGONI, deinde ad amplissimum in aula Hannouerana dignitatis gradum eucto, famam peperit, habitu soloque veri auctoris sub nomine in lucem prodiret. Quod autem HVGONI, idem etiam aliis & olim contigit, & hodiernum subinde, iuuenibus praesertim auctoribus, contingere solet, siue quod, eorum viribus ob ipsam iuuenilem aetatem diffisi, lectores pro praeside dissertationis plerumque praesumant, siue quod ex adposito respondenti auctoris nomine orta praesumptio contraria saepe fallat veritati que cedere cogatur; siue quod interdum ob ipsum respondentis conatum laudabilem laurea, praesidis labore parta, illi maioris incitamenti loco relinquatur. Quae res quantopere verae auctorum notitiae passim obfuerit historiamque adeo literariam turbauerit, pluribus exemplis ostendi posset, si iam id agerem, ut verorum falsorumque auctorum recensum instituam. Longe aliud idque iucundissimum negotium mihi datum esse, intelligo. Sicut enim ad suum cuique tribuendum semper proclivis nihil mihi, nisi quod meum est, soleo vindicare; ita, si unquam alienae operae, siue in fronte, siue ad calcem, siue prologi, siue epilogi loco, laetus adplausi; id certe nunc summa cum voluptate facio, cum praefationem dare adgredior specimini masculo sane & exasciato, quod magni patris, DAVIDIS GEORGII STRYBIT, Viri consummatissimi, nec minus suis in reip. meritis, quam muneris consiliiarii iustitiae intimi, quo apud AVGVSTISSIMUM REGEM nostrum summa cum laude fungitur, dignitate illustris, filius, paternorum studiorum virtutumque aemulus atque imitator felix, nunc edidit, auctor  
variis

variis iam eruditionis suae documentis, publice priuatimque apud nos editis, & imprimis dissertatione iuris publ. de *Principe S. R. I. in suum vi atque armis tuente*, superiori anno, praeside V. A. honoratissimo coniunctissimoque collega nostro, BOEHMERO, maximo cum adplausu habita, clarus, rebusque maioribus agendis, vt nunc priuatis omnibus nostris destinatus, ita mox publicis suffragiis destinandus. Nihil, inquam, ex specimine hoc nouo mihi tribuere possum, praeter honorem praesidii, quo ipso tamen facile etiam carere poterat strenuus disertusque sententiarum suarum propugnator, qui saepius iam in publica disputantium palaestra vires ingenii & doctrinae copias explicuit. Neque enim magis hic voce mea indigebit, quam lima habuit opus ad perpoliendam dissertationem, quae non minus alacri Marte ab auctore suo iam defendetur, quam solerti Minerua fuit elaborata. Redit itaque pleno iure ad STRVBIVM nostrum, quod iam ante suum fuerat, nominisque STRVBIANI celebritatem eo certius ad feros posteros propagabit, quo illustrius argumentum est, quod hic excussum vides. Recens adhuc est memoria controuersiarum, quibus ansam nupera interregna praebuerunt. Acriter inter summos imperii proceres in vtramque partem de iure vel continuandorum veterum, vel indicendorum nouorum comitorum, disputatum fuit, dignaque visa est haec disputatio, quae publica imperii lege terminaretur. Quamuis autem iura, quae Vicarii imperii hic sibi vindicabant, per capitulationes caesareas novissimas in certo collocata, totaque adeo lis composita fuerit; merebantur tamen rationes, vtrinqve allatae, vltiorem accuratioremque discussionem, a nemine, quod equidem nouerim, huc vsque ex instituto tentatam. Non poterat igitur insigniorem coronidem studiis suis Academicis imponere, meliusue de communi patria mereri ciuis nostras abituriens, quam si hanc nobilissimam iuris nostri publici partem tractandam sibi sumeret. Quam caute vero & solerter in ipsa tractatione sit versatus, quam rite dicenda disposuerit, quam apte dicta probauerit, quam bono ordine probata digesserit, quantoque lectionis multiplicis adparatu digesta illustrauerit exornaueritque, facile, Lector Beneuole, ipse iudicabis, si ad totius reip. Germ. habitum & formam, maiestatem imperii, Imperatoris & statuum auctoritatem,

originem et naturam interregnorum, potestatem Vicariorum, comitorumque habendorum rationem, quae omnia ex genuinis principiis fundamenti loco substrata, rerum & olim, & nouissime gestarum, corroborata testimoniis, ac propositae quaestioni scite accommodata deprehendes, animum aduertas. Quidni ergo mecum Auctori eruditissimo tam felicem laboris suscepti successum, **PER ILLUSTRIS PARENTI** filium tam dignum, & reipublicae, tum ciuili, tum literariae, ciuem tam industrium gratuleris? Ego vero discedentem iam ex castris Musarum nostrarum eo laetioribus prosequor auguriis, quo dignior est, quem fortuna secunda comitetur, & quo iucundior mihi semper erit tum quotidiani conuictus, tum eruditorum certaminum recordatio, quae nunquam sine laude maxima cum **florentissimis commilitonibus suis iniiit. Vale.**



CON-

# CONSPECTVS.

- I. *Historia Art. XIII. §. 9. Capitulat. Caroli VII.*
- II. *Monita Principum aduersus dictae Capitulationis Art. III. & XIII. §. 9. exhibentur, Capitulatio explicatur & defenditur, institutique ratio exponitur.*
- III. *Quid sit interregnum? In interregno iura & obligationes principum inter se, deinde & maiestatem saluam esse, ostenditur.*
- IIII. *Interregnum esse statum ordinariae interpositum formae & temporarium, docetur, simulque Leibnitii & Hertii ea de re dissensus adducitur.*
- V. *De origine interregnorum, eaque esse, quoties Imperium curare Caesar non possit. De duratione interregni Germanici.*
- VI. *In interregno priscam ciuitatis formam, quantum id natura rei paritur, seruandam esse, ex Iure Gentium & forma Imperii nostri probatur.*
- VII. *Maiestatem esse in Interregno apud ordines vniuersos, adseritur.*
- VIII. *De vicaria potestate. Vicarios maiestatem non habere. Qualis sit eorum potestas, ex mente Reuerendissimi Bambergensis Episcopi indicatur.*
- VIIII. *De Comitiorum requisitis.*
- X. *Comitia agi in interregno posse, demonstratur.*
- XI. *Comitiorum per interregna congregationem vtilem necessariamque esse, variis argumentis declaratur.*
- XII. *Historia consiliorum in interregnis de restaurandis Comitibus agitatorum. De continuanda Deputatione Imperii post mortem Ferdinandi III. 1657.*
- XIII. *Enarratio eorum, quae 1711. de continuandis per interregnum Comitibus agitata sunt.*
- XIIII. *Historia consiliorum de restituendis in interregnis Comitibus post mortem Caroli VI.*
- XV. *Acta per interregnum nouissimum de indictione Comitiorum.*
- XVI. *Modus habendorum per interregna Comitiorum strictim exponitur.*

XVII.



- XVII.** *Indictionem Comitiorum a Vicariis faciendam esse, rationibus ex indole vicariae potestatis desumptis probatur.*
- XVIII.** *Historia Comitiorum a Vicariis indictorum. Mathildis Abbatissa Quedlinburgensis Vicaria Imperii A. 998. & 999. Comitia conuocat.*
- XVIII.** *Ioannes Rex Bohemiae Vicarius Imperii A. 1313. Comitia indicit.*
- XX.** *Rupertus Palatinus Wenceslai tempore an conuocauerit Imperium, disquiritur.*
- XXI.** *De Conrado III. Archi-Episcopo Moguntino, utrum Vicarius Imperii Comitia indixerit?*
- XXII.** *Ius Vicariorum in Comitibus sub Maximiliano I. assertum.*
- XXIII.** *Comitia sub Carolo V. sine Caesare habita.*
- XXIII.** *Argumenta eorum, qui indicendorum Comitiorum facultatem Vicariis denegant, tribuunt autem vel Electoribus, vel Moguntino, examinantur.*
- XXV.** *De modo conuocandorum a Vicariis Comitiorum.*
- XXVI.** *De commissione a Vicariis ad Ordines ableganda, faciendaeque per hanc propositione.*
- XXVII.** *De Directorio Moguntino.*
- XXVIII.** *De consultatione Ordinum, placitoque Imperii, sine consensu Vicariorum quoque legis vim habente.*
- XXVIII.** *Comitia, a Vicariis in interregno conuocata, an continuatio priorum dici possint?*



**IVS COMITIORVM S. R. G. I.  
IN INTERREGNO.**

**I. HISTORIA ART. XIII. §. 9. CAPITVLAT.**

**CAROLI VII,**

**C**IRCVMSPICIENTI mihi, quibusnam potissimum ex fontibus petenda sit argumenti, quod meditor, declaratio, tria occurrebant, ad quae solent omnes, quae de iure publico disputationes instituuntur, redire; primum leges & obseruantia Im-

A

perii

perii; ius deinde illud publicum, quod obseruari ab omnibus omnino gentibus debet; conuenientia denique, quam analogiam vocant, quae his partim principiis, forma partim, quam induit nostrum Imperium, nititur. De consuetudine quidem breuiorem fore disputationem, praeuidebam, cum, quae dici hic possent, quamuis sint a nobis suo loco explicata, vix tamen sufficere videantur, vt certi inde aliquid colligamus. Infrequens ad nostra vsque tempora in Imperio fuit post mortem Imperatorum coire in comitia, tum quod interregna olim vel breuiora vel nimis turbulenta; tum quod, quae ad eligendum nouum Imperatorem pertinent, cuius rei gratia conuocari alias in interregno ordines solent, apud nos a solis Electoribus peragantur: quos cum non leuis timor inuaderet, reliquos in vnum locum congregatos status capitulationis se negotio immixturos esse, vniuersales conuentus agi, suis iuribus periculosum crediderunt, idque nullo non negotio impedierunt. In legibus, de Comitiiis in Interregno, quantum inveni, ante CAROLI VII. tempora, nihil statutum est, in huius autem Capitulatione, quemadmodum alia noua, quae Vicariis fauent, ita ius indicendorum quoque in interregno Comitiorum

rum, iis tributum est. Enarrabo huius rei causas Illustris MOSERI verbis, qui in huius tum interregni, tum Capitulationis historia idoneus, si quis alius, auctor est. Itaque sic ille: (a) Dieses Interregnum und der damals gehaltene Wahltag war den Herrn Reichs-Vicariis favorabler, als noch keiner jemahls gewesen ist, Chur-Bayern, Sachsen und Pfaltz, waren ihres eigenen Interesse wegen vor die Extendirung der Vicariats Gerechtfame besorgt, Cölln war aus einem Vicariats Hause entsprossen und vor seines Stamms Lustre portiret, und andere Churfürsten Ständen theils in genauer Allianz mit den Reichs-Vicariis, theils machte der Umstand, dass einer der Vicarien Kayser werden sollte, dass einiges zuletzt leichter gieng, als es anfangs das Ansehn hatte, mithin ist auch die jetzige Wahl-Capitulation den Reichs-Vicariis favorabel gnug. Tuebatur Vicariorum iura Legatus Saxonicus in ipso Conuentu Electorali his verbis: Da die guldene Bulle die Vicarios und Prouisores Imperii hinlänglich autorisiret, alles dasjenige, was ein zeitiger Kayser selbst thun kan (die excipirte Sachen ausgenommen) zu verrichten, unter jene aber und unter die prouisionem Imperii selbst die Haltung derer

A 2

Reichs-

(a) Staats-Recht To. VII. p. 5.



Reichs-Tage und deren Continuation wohl unstreitig zu rechnen, auch dem Heil. Römischen Reich daran gelegen, daß dasselbe während der Interregnum, Minderjährigkeit oder langer Abwesenheit eines Römischen Kayfers ausserhalb des Reichs, an seinen nöthigen und erspriefslichen Consultationen nicht gehindert werde: so zweifelt man keinesweges, es werde nebst der Wichtigkeit dieses moniti auch das klare bestbegründete Befugnis der hohen Reichs-Vicarien hierunter dergestalt deutlich in die Augen fallen, daß bey Inserirung dieses moniti einiges Bedencken weiter nicht übrig bleiben könne; daher man auch von Allegirung Exempeln und Anziehung mehrerer Gründe dermahlen abstrahirt, *ulteriora, da es nöthig, reseruando.* Sed Moguntino, Treuirensi, Hanoueranoque, res maioris momenti videbatur, quam quae statim dirimi posset. Dabo votum Brunswicense gratiosissime mecum communicatum conceptumque hunc in modum: Chur-Braunschweigischer seits sehe man die in dem vortrefflichen Chur-Sächsischen Voto geäußerte Gedancken wegen der durante Interregno zu erhaltenden Actiuitaet des Reichs-Tages als sehr heylsam, löblich und gut an. Halte sich auß versichert, es werde dieselbe von jedem Reichs Stande und von Sr. Königl. Maj. von  
Groß-

Groß-Britannien, als Churfürsten zu Braunschweig und Lüneburg, insonderheit secundirt und nach Möglichkeit bewircket werden. Alldieweil aber es hierunter, so viel man sich erinnere, so wohl an einem Reichs-Gesetze, als an der Observanz fehle, mithin man diesfalls sich den Zweifel mache, ob sine consensu comitali diese wichtige das ganze Römische Reich angehende Sache, dermahlen und von dem Collegio Electorali allein dergestalt allhier gefast werden könne, das man nicht mehrerer Weitläuffigkeit und größerm Widerspruch sich exponire: so gebe man anheim, ob man nicht diese wichtige Sache bis auf den nächsten Reichs-Tag verschieben, und die künftige Kayserl. Maj. mittelst eines Collegial-Schreibens ersuchen wolle, diese des Reichs Wohlfarth und Sicherheit so sehr angelegentlich anbetreffende Sache in futuris Comitiiis zur Proposition und Reichs-Constitutions-mässiger Bestellung zu bringen. Colonienfi interea, Bauaro, Brandenburgico, & Palatino cum Saxone in idem placitum euntibus, vicit huius sententia, atque Capitulationi CAROLI VII. sequens de Comitiiis in interregno locus insertus est (a): Und da nach Absterben eines Kayfers oder in dessen Minderjährigkeit oder langwüirigen Abwesenheit auffer Reich denen Reichs-Vicariis die Aus Schreib-

A 3

(a) Art. XIII. § 9.

und Haltung eines Reichs-Tages, oder da derselbe schon vorhanden, die Continuirung desselben statt eines Römischen Kayfers allerdings zukommt; so sollen dieselben mit Ansetzung eines Reichs-Tages nach obiger Vorschrift sich gleichfals zu achten schuldig, die stehenden Comitia aber zu continuiren befugt seyn, und beide Arten nicht anders, als unter der Vicariorum Authoritaet, gehalten und fortgesetzt werden. Quae verba in Capitulatione FRANCISCI repetita inuenimus.

II. MONITA PRINCIPVM ADVERSVS ART. III. ET XIII. §. 9. CAPITVLAT. CAROLI VII. CAPITVLATIO EXPLICATVR ET DEFENDITVR.

INSTITVTI RATIO.

DOCVIT rerum euentus & interregnum, quod nuper demum auspiciatissima FRANCISCI I. AVG. electione finitum est, non vanum fuisse metum, quem Brunsvicense vrgebat votum. Publicata CAROLI VII. capitulatione, principes Imperii, vti alia multa, ita hanc inprimis grauter tulerunt dispositionem. Vnde in eorum ad Capitulationem monitis tum CAROLI VII. tum FRANCISCI I. (a haec legimus: (b

Unter

(a Neue Europaeische Fama P. 128. P. 676. 677.

(b Apud Illustrem MOSERVM p. 513.

Anmerckungen und Beylagen zu CAROLI VII. Wahl-Capitulation To-II.

Unter welche noua Grauamina wir ins besondere zehlen, dass a) in Art. III. nouiter circumscriptio & definitio iurium & potestatis Vicariorum eingerucket, da doch dergleichen, als jura communia statuum und die Reichs-Verfassung in Interregna ungehend, nicht vom Churfürstlichen Collegio allein, sondern gesantem Reich zu beschliessen, uund mithin wohl ein Objectum Comitiorum, nicht aber des Wahl-Convents ist. - - Dass c) statt ex ipsa natura rei eine Wahlcapitulation kein ander Object haben kan, als formam und jura regni Caesaris neo electi, noch auch vllto modo abzusehen ist, mit was Bestande ein Kayser aufcasus, die erst nach seinem tode vorhanden, oder wie in Ihro jetz regierenden Kayserl. Majest. Capitulation von einer Minorennitaget statuiret werden kan, §. 9. dicti Art. XIII. das Churfürstl. Collegium auch den Interregnis, in deren Cursum die jura majestatica und das jus praescribendi formam regiminis, nicht auf sie allein, sondern das gantze Reich deuoluiret, fürschreiben, und so gar formam & normam Comitiorum reguliren will, da doch die quaestion, was mortuo Caesare von der actiuitate Comitiorum, deren prorogation oder conuocation zu statuiren, und den hohen Reichs-Vicariis anbey zukommen könne, notbwendig für das gantze Reich um so mehr gehört, als davon noch kein Lex obhandeu, mithin darüber von dem



dem Churfürstlichen Collegio allein, mit Vorbeygehung der übrigen Staende, dergleichen nicht gegeben werden kan, vielmehr diese Sache durch einen von dem gesammten Reich zu fassenden Schluss, wobin das Ibro Kayserl. Maj. selbige remittiren werden zuverlässig geboffet wird, zu determiniren ist. In his multa esse, quae maximam veritatis speciem habeant, quemadmodum negari omnino non potest, ita quaedam quoque ad defensionem huius constitutionis, recte praesertim si explicatur, non incongrue, vt videtur, dici possunt. *Primum* non ad solam minorennitatem Imperatoris, aut eius mortem pertinet, sed ad absentiam etiam, & quodcunque aliud huic simile impedimentum; quo casu quin ipsum adstringere Electores possint, vt, quod salutare est Germaniae, Vicariis ius indicendorum Comitiorum tribuat, dubitari non debet. *Deinde* Vicarii his verbis promittunt, se ea, quae de Comitiorum habendorum ratione in noua Capitulatione statuta sunt, obseruare velle, quod iterum caussam habet legitimam. Ipsi *denique* Electores, quod caput rei est, noluerunt novam hoc loco legem condere, sed quam constitutam putant & ex forma rationibusque Imperii nostri claram

ram

ram in rem praesentem adducunt. Id aperte satis indicant verba: *und da den Reichs - Vicariis die Ausschreib- und Haltung eines Reichs - Tages allerdings zukommt*; quibus declarant atque sua Caesareaque auctoritate firmant ius Vicariorum, quod a quibusdam quidem ipsis denegetur, sed ante hanc tamen Sanctionem tribui illis debebat. In qua quidem re veram omnino Electores sententiam amplexos esse, cum hac dissertatione ostendere, eaque ratione tum Capitulationem defendere, tum habendorum in interregno comitiorum formam explicare animus est, videmus, totam rem, relicto eo, quod ex Capitulatione duci potest, argumento, redire ad ius publicum vniuersale, ad obseruantiam, si qua huius rei sit, ad analogiam denique: eaque adeo principia, quae cum sint legibus quidem expresse non constituta, ex forma tamen Imperii nostri consequuntur. Quare antequam ad ipsum argumentum accedamus, natura interregni, vicariae potestatis, comitiorumque, vt ceterarum consecutionum principia, exponi atque firmari debet.

III. QUID SIT INTERREGNUM? IN INTERREGNO  
 OBLIGATIONES PRINCIPVM INTER SE,  
 DEINDE ET MAIESTATEM SAL-  
 VAM ESSE.

QVO vero haec intelligantur facilius, habeamusque, quo, tanquam ad cynosuram, meditationem possimus nostram dirigere; placet lectores istatim in rem deducere praesentem, iisque proponere aliquam *interregni Germanici descriptionem*, vt, hac per partes explicata probataque, ipsum caput rei adgredi liceat. Interregnum itaque Germanicum Status est Imperii nostri, ordinariae ex ciuium voluntate formae ad tempus interpositus, vbi, sublato Caesare, salua prisca, quantum id fieri potest, forma, ipsa est apud ordines maiestas, Imperatoriae autem potestatis pleraeque partes administratoria per vicarios ratione exercentur. Primum quod interregnum nostrum Statum Imperii nostri dicimus, id quidem ideo fit, vt intelligatur, per mortem Caesaris non dissolui illa vincula, quibus copulata est Germania, sed in ipso interregno subsistere rempublicam Germanicam.

nicam, eam vnum efficere corpus, omniaque habere illa iura, quae tribui rebus publicis debent. Id tum ex rationibus iuris gentium, tum nostrae euincitur formae. Primum, vt haec confociatio multorum subsistat, quae iuris consensu, vt M. T. CICERO ait, *a)* vtilitatisque communione contrahitur, quam nos rempublicam dicimus, nihil certe aliud requiritur, quam vt singuli cum singulis paciscantur, in vnum se perpetuumque coetum velle coire, administrareque res suas communi consilio ac ductu *b)*, h. e. secundum Imperium aliquod, quod maiestatica iura exercet, siue id sit apud maiorem partem, siue alia ordinatum ratione. Hoc itaque pactum, quod cuique inest reipublicae eiusque efficit notionem, quemadmodum ad essentiam suam principis personam haud requirit, ita in ea ciuitate, quae regem sibi dein elegit, per huius mortem nec dissolui, nec obligatio illa, quae inter ciues in indefinitum tempus contracta est, tolli potest. Et certe si id forte accidat, vt rescindatur hic nexus, ipsaque finiatur adeo respublica; inter-

B 2 regnum

*a)* De Republic. III. in fragm.

*b)* v. s. PVFENDORFF de Officio

homin. & ciuis L. II. c. VII. §. 7. p. 471. ed. Treuer.

regnum oriri non dicimus, sed anarchiam, cuius natura quam sit ab interregno diuersa, opus non est indicare. Deinde cum ea sententia solis iis posset non in vniversum vera videri, qui regna sibi, quae patrimonialia dicunt, fingunt, vbi nulla sit inter ipsos ciues obligatio, omnes pendeant, vt serui, a rege, hocque remoto redeant iure quasi postliminii in libertatem, considerare necesse fuit nostrae reipublicae constitutionem, in qua haec dubitatio locum plane non habet. Nam apud nos non ita in Imperantis gratiam condita est respublica, vt eo cesset mortuo; sed ob rempublicam eligitur Imperator; respublica itaque Germanica aeterna, adeoque vno obeunte Caesare nouus eligendus est. Praestituta sane apud nos interregni electionisque forma, communia in interregno duranti iudicia, communes vicarii, omnibus aequali cura prouidentes, satis indicant, communem quoque & vnam in interregno rempublicam durare. Habet autem ea res grauissimos effectus. Nam *primum* si, mortuo Caesare, respublica manet Germania, salua quoque ea *obligatio* inter *ordines*, vt inter vnus ciuitatis membra, esse debet, quae per leges constituta est, vt quiete nimirum quisque in  
Inter-

Interregno viuat, vt decet eos, qui ciuili societate iurisque consensu consociati sunt. Id sane iuramenti sacra religione spondent, quo non Imperatori soli, sed imperio, quod, vt diximus, durat in interregno, fidem promiserunt. a) Alterum est, in ipso interregno superesse illud commune consilium, quod ad notionem retulimus reipublicae, cui omnes vires voluntatesque suas submitunt: ipsamque adeo Germaniam corpus morale esse, cuius haec natura sit, vt vna voluntate regatur b). Est autem id ipsum commune consilium, Imperium, summa potestas, maiestas, quo res suas ordinat quaeque respublica, quae omnia in omni adesse republica debent, & si ciues aequales suat, apud maiorem inueniantur partem, c) vt illa nempe ius habeat cogendi reliquos, vt, quod plurimi volunt, illud omnes ratum habeant atque sequantur. Ex quibus deinde, praeter multa alia, etiam hoc magni in nostra materia momenti principium colligitur: in omni Interregno *superesse* rempublicam, hanc iura maie-

B 3

statica,

a) Vide elegantissimam IO. HEVMANNI V. C. de imperatore mortuo dissertationem §. 22. p. 67.

b) V. ISR. GOTTL. CANZ II. V. C.

Doctrin. moral. §. 1017.

c) V. I. LOCKII *Gouuernem. Civilis* c. VII. §. 2. p. 123. H. de COCCII *Exercitat. To. II. p. 700.*

*statica, adeoque ius condendarum legum habere, atque hinc leges, vniuersos ciues obligantes, ferre posse. Quod rectissime cum ERICO MAVRITIO ad Germaniam transferimus, cuius haec verba sunt: Neque enim a Republica, qualis etiam illo tempore est Germania, abesse possunt iura maiestatis & inter ea potestas leges ferendi; quam si sublatam aut dilatam in tempus electi Imperatoris aliquis velit, is iam anarchiam, non temp. Germaniam eo tempore inepte statuet, a)*

III. INTERREGNUM ESSE STATVM ORDINARIAE  
INTERPOSITVM FORMAE ET TEMPORARIVM.  
LEIBNITII ET HERTII EA DE RE  
DISSENSVS.

ALTERVM quod diximus, interregnum Statum esse formae interpositum ordinariae & ex voluntate ciuium temporarium, id a GODOFREDO GVILIELMO LEIBNITIO propositum IO. NIC. HERTIO displicuit. Et LEIBNITIVS quidem in eo libello, quem ficto GEORGII VLI-COVII *Lithuani* nomine edidit, cum interregnum *formam reipublicae ex constituentium voluntate temporalem* defini-

a) *De Recessib. Imper. §. XV. Opus scul. p. 141.*

definiisset, *nescire se* addit, a) *an quisquam interregni naturam hucusque ea definitione complexus sit, neque enim Interregnum regni tantum, sed & aristocratiae & democraticae interruptionem esse. Ita decemviros toto legum ferendarum tempore interreges fuisse. Etiam illud interregnum esse, quando suspensa ad tempus populi, vel optimatum potestate, vni potestas conceditur. Ita dictatores interreges fuisse, quemadmodum & illos, quos Romani sic nominabant, comitiorum causa creatos interreges. Ad haec HERTIVS b): Multa haec noua & non ferenda. Etenim interregnum etiam praeter intentionem ciuitatis existere potest, v. g. cum in regno successiuo de successione disceptatur, aut regia stirps deficit. Cum Decemviri a Romanis constituerentur, interregnum non erat, manebat enim idem status reipubl. donec illorum regimen in Dynastiam euaderet. Si Dictatores summam habuerunt potestatem, noua fuit facta ciuitas, sin magistratus fuere, Interreges non nisi ἀρχῶς appellantur, quemadmodum & illi, qui comitiorum causa creati sunt. Nobis in vtriusque sententia vera quaedam, quaedam dubia*

a) *De eligendo rege Poloniae propos. XV.* Latere autem sub Vlicouii nomine Leibnitium, ipse docet, in *Commercii Epistolici Leibnitiani*, quod nuper cum insigni totius eruditi orbis fructu edere coepit, vir Illustris &

eruditissimus, IO. DAN. GRUBERVS  
Tomo Prodromo n. CCCXXI, p. 1260,  
Vol. II.

b) *In Element. Prudent. Ciuil. P. I.*  
S. XII, §. 13, p. 238. 239.





dubia videntur. Primum, quod ait HERTIVS, interregnum etiam praeter intentionem civium locum habere posse, ex eo certe nihil contra LEIBNITIVM effici potest. Is enim, id ex intentione civium esse, non statuit, vt Interregnum existat, sed existens vt sit temporale. Quod idem quoque HERTIVS suae inferuit de interregno definitioni, dum *suspendi* eo pactum alterum *aliquamdiu* ait. Quare illud, quod LEIBNITIVS de interregno affirmat, inest ei quidem, sed ad dignoscendum ab aliis temporariis formis interregnum nondum sufficit. Nam cum in ipso interregno formae ad tempus facta mutatio possit accidere; verum utriusque non videtur, formam omnem reipublicae temporalem interregnum esse. Quod ad exempla veterum, latinaeque linguae attinet auctoritatem, ad quam deinde LEIBNITIVS prouocat, satis probe notat HERTIVS, interregem Romanorum non semper interregnum supponere. Sed quoniam haec doctrinae magis gratia, & quod a summis agitata sint viris, disputentur, quam insignem vt vsum praestent, placet, diutius illis non inhaerere.

V. DE ORIGINE INTERREGNORVM, EAQVE ESSE,  
 QUOTIES IMPERIVM CVRARE CAESAR NON  
 POSSIT. DE INTERREGNI GERMANICI  
 DVRATIONE,

ORIGINEM interregnorum ex communi lo-  
 quendi vsu indicauimus; mortua enim illa persona,  
 cui maiestas delata erat, & sublato imperante, donec  
 nouus creatur, existere interregnum quis non dicit?  
 Conueniunt sane in ea re nobiscum, qui cum HER-  
 TIO a) interregnum dicunt *statum ciuitatis, cum, ma-  
 nente pacto primo, alterum vel lege vel arbitrio vel casu  
 aliquamdiu suspenditur; b)* nam hoc pacto altero, se-  
 cundum PVFENDORFFIVM, c) (qui primus forte  
 huius doctrinae de ciuitatis per duplex pactum vnum-  
 que decretum structura, auctor est) ipsa maiestas de-  
 fertur. Sed in Germania ea res aliquid difficultatis  
 habet, cum ibi iura interregni, vicaria potestas &  
 illa adeo, quam mortuo Imperatore resp. induit, for-  
 ma toties obtineant, quoties curare res Germaniae

C

Caesar

a) In Elem. Prud. Ciu. c. l. p.  
 239.

b) Similis fere definitio placuit PV-  
 FENDORFFIO de interregnis §. 8.

Dissertat. Academ. p. 351.

c) De officio hom. & ciuis L. II. c.  
 VI. §. 9. p. 472.

Caesar propter absentiam, vel morbum siue, vti WEN-  
CESLAO accidit, captiuitatem, imo & minorem aetatem  
similesque cum his causas, non potest. a) Quare in re-  
gistratura antiqua officii vicariatus b) haec legimus: *Solch*  
*Verledigung des Heil. Röm. Reichs wird nach alter herkom-*  
*mener Uebung auf zween Wege bedeutet, ausgelegt und ge-*  
*braucht, einer durch tödtlichen Abgang eines Römischen Kay-*  
*sers oder Königs, der ander, so sich ein Römischer Kayser*  
*oder König über die Gebürge füget.* Antiquitus quidem  
liberum id fuisse Imperatoribus, cuiusque regiminis  
curam absentes demandare vellent, infinitis exemplis  
ostendi potest, multa & erudita diligentia a CAROLO  
LVDOVICO TOLNERO c), IO. FRIDERICO PFEF-  
FINGERO d) aliisque doctis viris collectis. Deinde haec  
potestas ad Palatinum peruenit, fitque eius iam men-  
tio in antiqua illa de officio comitis Palatini ordina-  
tione, quam post GOLDASTVM e) THVLEMARIVS (f)  
edidit,

a) vide *Capitulat. FRANCIS-*  
*ei I. Agu. Art. III. §. 15. &*  
*Art. XIII. §. 9.*

b) V. MVLLERI *Reichs Tags Thea-*  
*trum unter Maximiliano I. T. II.*  
*p. 4.*

c) in *Historia Palatina c. IV.*  
*p. 121. seq.*

d) ad *Vitriarium L. 1. Tit. XI.*

*not. a. p. 994. Vol. I. adde testi-*  
*monium Illustrissimi Herois*  
*GERL. ADOLPHI DE MVNCH-*  
*HAVSEN de Vicariatu Italico*  
*C. I. §. 5. p. m. 15.*

e) *Constitut. Imperial. To. III.*  
*p. 403.*

f) *de Oſſouiratu C. XVIII. §.*  
*13. p. 242. sq.*

edidit. Poterat itaque RUPERTVS Palatinus, cum, capto a Bohemis WENCESLAO, curam Imperii susceperet, in suis ad ordines ea de re literis datis, ad vetustum morem proauorumque suorum exempla a) prouocare. En ipsa illius verba: *Und dieweile leider unser König also gefangen ist - - und wir als ein Pfaltz-Grafe by Rin von unsers Churfürstenthums und Würdigkeit wegen, nachdem als es leider zu dieser Zyt um unsern Herren den König und das Rych gestellt ist, solle ein Vicarius und Fürseher des Richs sin, als auch als unsere Altvordern Pfaltz-Grafen by Rin Kurfürsten des Richs gebrucht und off uns bracht hant.* b) Ad Saxonem quod attinet, dubitant eruditi, qua aetate similis ei potestas tributa fuerit, tributam enim esse & a temporibus inde MAXIMILIANI I. AVG. exercitam, dubitari non potest. c) Sed

C 2 de

a) Infinita haec & diligentia & doctrina digesta indicataque inuenies a CAROLO LYDOVICO TOLNERO in *historia Palatina C. IV. & 10. GOD. 108. HERTLINGIO V. C.* in *Diss. de S. R. I. Vicariatu Bauarico-Palatino*, praesertim §. VI. VIII. X.

b) inuenies literas in TOLNERI *Cod. Diplom. Palatin. p. 133. & LVNIGII Reichs-Archiv Part.*

*Spec. Cont. II. Art. Pfaltz und Bayern p. 15. & p. 142. sq. Adde Constitutionem CAROLI IV. apud GOLDASTVM Reichs-Satzungen P. I. fol. 241.*

c) v. Literas FRIDERICI Elect. Saxonici Patentes in Illustrissimi MÜNCHHUSEI dissertatione a nobis cum veneratione excitata §. VI. p. 17. 18.

de eo multum disputari posse video, vtrum sit in vniuersum vicaria in Imperatoris absentia potestas aequalis ei, quae post eius mortem exercetur, an potius ratio aliqua Caesareae voluntatis habenda sit? Nullam hic, quantum ego quidem scio, differentiam leges notant, nisi quod in Iosephina Capitulatione disponebatur, vt, si cura regiminis ad Vicarios perueniret, hi sub nomine *Iosephi die Expeditionis* *verfügten.* a) Sed propius ad rationes iuris publici accedere videtur, si Imperatorem impeditum iis tantum muneris sui partibus carere dicamus, quarum curam gerere, ob ipsam absentiam, aut aliud impedimentum non potest; h. e. vt cum HERTLINGIO v. c. b) inter Vicariatum tempore mortis vel absentiae Caesaris, differentias admittamus eas, quas natura rei postulat. Ceterum cum hoc iuris nostri publici principium iterum CAROLI VII. Capitulatione confirmabatur declarabaturque, putasse principes, nihil sine eorum consensu, de his rebus posse constitui, superius notauimus, adduxique ea, quae contra dispositionem de

a) *Art. XLVII.*  
 b) *cit. dissert. §. 14. p. 70.*  
 add. KREGEL *de Vicariatu*

*Saxonico in absentia Imperat. §. 33.*  
*p. 30.*

mino-

minorenitate Imperatoris praesertim monuerunt. Quae ut magnam speciem veritatis utique habeant, videtur tamen tota eo redire quaestio, possint ne Electores Imperatorem minorem eligere? Nam si id licet, nec negari illis potestas potest, de curanda republica usque dum ad legitimam aetatem perueniat Imperator, prouidendi. Quae ea de re in electione IOSEPHI in Regem Romanorum acta disputatae sunt, retulit Illustris MOSERVS. *a)* Quamuis enim essent, ut Brandenburgicus imprimis legatus, *b)* qui, durante minore noui Regis aetate, administrationem Imperii Vicariis negarent; vicit tamen contraria sententia, promisitque sua Capitulatione IOSEPHVS, *a)* totam se regiminis curam, si ante decimum octauum aetatis annum illa ad se peruenerit, Vicariis relinquere uelle. Vnicum superest notatu non indignum; nempe illa iura interregni apud nos non per electionem noui Imperatoris, sed tum primum finiri, cum ille Capitulationem iuramento in persona praestito firmauerit *b)*.

C 3

IV. IN

*a)* Teütsches Staats-Recht II. Buch. 137. Cap. §. 102 - 107. p. 366 - 378 To. VII.

*b)* vid. eius votum apud Illustrum MOSERVM c. l. p. 369. seq.

*c)* Art. XLVII.

*a)* vid. Capitulat. FRANCISCI I. Art. III. §. 20. Art. XXX. §. 6.

VI. IN INTERREGNO PRISCAM FORMAM, QUANTUM ID NATURA REI PATITVR, SERVANDAM ESSE, EX IVRE GENTIVM ET FORMA IMPERII NOSTRI PROBATVR.

DE FORMA, quam in interregno habet quaeque ciuitas, multum inter eruditos disputatum est. Duplex potissimum de illa sententia est; quidam, omne interregnum ad democratiam accedere, putant; alii priscam formam, quantum id patiatur natura rei, seruatam volunt. In priorum numero ipse SA. PVFENDORFFIVS a) esse videtur: *regulariter*, inquit, *interregna indolem democratiae alicuius temporariae prae se ferre videntur, saltem hactenus, ut ex vniuersorum consensu tantisper statuendum sit de communium rerum administratione nouoque rege creando, nisi aliam reipubl. formam introduci placuerit.* Nam quae deinde addit: b) *Democratia tamen perfecta interregnum proprie non est, quatenus decreto nondum sancitum, summam rerum perpetuo esse debere penes concilium vniuersorum, & quia leges atque constituta publica ad monarchicum regimen adhuc sunt adaptata. Quam-*  
quam

a) de interregnis §. 3. *Dissert. Academ. p. 352. & de I. N. & G. L. VII. c. VIII. §. 7. Comprobare calculo suo hanc sententiam*

videtur IO. NIC. HERTIVS *Elem. Prud. Civil. P. I. Sect. XII. §. 13. p. 239.*

b) cit. *Dissert. p. 353.*

quam & hoc possit contingere, ut, ubi regnum ex insignibus partibus integrantibus constat, puta ex diuersis gentibus, prouinciis ac magnis urbibus, per interregnum faciem alicuius Systematis id videatur induere, de facto magis, quam de iure, intelligenda sunt. Verior tamen videtur contraria sententia. Primum, forma Imperii, de qua, qualis sit in interregno, quaeritur, non ad vnus regis vitam, sed in tempus indefinitum constituta esse solet. Neque ratio potest adduci, cur, quae primum ut optima placuit; in interregno populo displicere possit. Deinde ea formae pars, quae iura singularia, maioremque, quam reliquis, potestatem, quibusdam indulget, quae per leges, priuilegia, & pacta solent esse constituta (ut in nostro imperio sunt v. c. illa eximia Electorum iura) per mortem Imperantis tolli nequit, locumque habet, quoties exerceri illud ius, quod alicui tributum est, per rei naturam potest. Id certe ex eo effecimus, quod iura legesque omnes subsistere in omni interregno diximus (§. III.). Quare in eo quidem imperio, ubi ciues omnes eodem nexus genere a rege pendent, ut in monarchia absoluta, verum utique est, post mortem regis adesse democratiam; sed cum limitata sit ordinum accessione potestas Imperantis, quae causa subsit, cur mor-



mortuo rege ordines potestatem, quam illo viuo habuerunt, amittant, non video. Populus enim regem sibi constituens, huicque ordines aristocratica ratione adiungens, nonne satis perpetua voluntate declarat, liberum se a regiminis cura esse velle? Cur tu interregnorum tempus ab ea lege eximis? Deinde instituta, ad priscam formam ordinata, ipsa concilii vniuersorum maxima difficultas & incommoda suadent; vt, in democratiam rempublicam dissolui, non patiamur. Imperium certe nostrum in interregno aut monarchica aliqua forma, aut democratica, aut ea, quae ad ordinariam, quam proxime id fieri potest, accedit, indui debet. Priorum vtraque repugnat rationibus reipubl. nostrae. Quis sanus aut monarcham aliquem in interregno effinget, aut somniabit, per mortem Imperatoris laxari tollique illa vincula, quibus nos, priuatae conditionis homines, dominis nostris territorialibus subiecti sumus? Quibus autem haec fundamentis, iisdem fulcris ipsa inter ordines introducta & quibusdam concessa eminentiora iura nituntur. Quare, nisi velimus ima miscere summis, totam Imperii constitutionem euertere, pactis non solum

solum inter Imperatorem & ordines, sed inter ipsos quoque Principes conditis vim demere, & in ipso adeo interregno Germanos ab omni iuris, legum pactorumque vinculo liberare; sumenda haec, vt fundamentalis interregni nostri lex est: in interregno saluam esse priscam formam, quantum id natura rei patitur, debere. Quid sit autem illud, quod vt subsistat in interregno, natura rei non patitur, indicari vna regula vix potest, & a cuiusuis regni forma pendet. Generatim tamen natura rei docet, quicquid aut effectum nullum habere potest, nisi existente rege, aut ad vnus tantum regis, eiusque vel ingenii indolisque, vel morum considerationem ordinatum est, id omne in interregno locum amplius habere non posse,

VII. MAIESTATEM IN INTERREGNO ESSE APVD  
ORDINES VNIVERSOS.

ILLVD certum est, & ex ipsa rei natura satis clarum, praecipuam differentiam inter statum interregni & antecedentem reipublicae formam, circa subiectum maiestatis versari, cum ipsum interregnum inde existat, quod persona, quae maiestatem antea habebat,

D

sublata

sublata est. Quare, cum maiestas omnes regendae reipublicae partes summamque in Imperio potestatem contineat, disquirendum est, vbinam & apud quos in Imperio, durante interregno, ea sit? Euidens autem est, summam potestatem post mortem imperantis redire ad illos, a quibus ei delata est, & apud totam adeo ciuitatem esse, ex cuius voluntate rex constitutus est; ita quidem, vt nec GOTTL. GERHARDVS TITIVS *a)*, nec MICH. HENR. GRIBNERVS *b)*, nec IO. BALTH. WERNHERVS *c)*, nec HERTLINGIVS *d)* in dubium id vocare audeant. In Germania autem, vbi plebs totum ius suum in principes ordinesque Imperii contulit, hi soli illud corpus, ad quod maiestas reuertitur, efficiunt. Ita enim prisca in interregno reipubl. forma seruatur (§. VI.) Placet grauissima auctoritate Reuerendissimi Principis EPISCOPI BAMBERGENSIS, quo nemo formam rationesque nostrae constitutionis plenius perspicit, illud confirmare. Hic itaque insa-

pien-

*a)* in *Vindiciis Vitriarii castigatis* p. 216.

*b)* *Princip. Iur. Nat. L. II. c. 9.*  
§. 4. p. 216.

*c)* *Diff. de Iuribus Vicariorum in A. B. expressis* §. 1. 4.

*d)* *Diff. de Vicariatu. Bauaro Palatino* §. 1.

pietissima Epistola a), ad Legatum in Comitibus scripta, amoris in patriam laudatissimi, saluberrimorumque consiliorum plenissima, sic ait: b) Wann dann nun in einer ohnbetrüglichen Warheit besteht, das die Maiestas und potestas Imperii cum officio & obligatione Imperatoria in ipso Imperatore gefasset, und solchergestalten auch demselben übertragen seye, das derselbe extra personalia maiestatica in specie circa ratificatoria, circa feudalia, iuris dicendi potestatem & suprematum potestatis rectoriae, circa foedera bellum & pacem & quae similia sunt, im übrigen mit Einwilligung des gemeinen Reichs zu besorgen und zu vollziehen habe; Hieraus aber nothwendiger Weise folget, das nach dessen menschlichen ableben sothane Maiestät an das gesamte Reich zurück fällt &c. In Interregno tamen post CAROLI VI. mortem illud principium in dubium vocabatur a Legato Brandenburgico, Domino de POLLMANN, in litteris ad Perillustrem HVGONEM, Brunswicensem Legatum, exaratis. En ipsa verba: *Indessen gebe ich Eu. Excellenz pro dignitate Collegii Electoralis eiusque praeceminentia &*

D 2

prae.

a) Non indicato Reuerendissimi Principis nomine edita in den Geschichten des Interregni nach

CARL des VI. Tode Tom. I. S. 8. p. 426.

b) citat. loc. p. 427. 428.

*praerogatiuis erleuchtet zu ermessen, quod in praesenti summa rerum in Imperio tota & solummodo sit penes Collegium Electorale.* Seruauit has literas Vir Illustris, M O S E R V S, tectoque utriusque Legati nomine edidit. a) In eadem olim sententia BORTIVM b) quemdam fuisse, Maiestatis realis in Imperio subiectum Electores dicentem, IVSTVS SINOLDVS dictus SCHVTZIVS c) notauit, eandem, quam nos, quaestionem alio excutiens loco. d) Sed & fuisse, qui curam regiminis apud Deputationem Imperii in Interregno esse putarent, patet ex literis Legati Suecici ad Deputationem, quae mortuo FERDINANDO III. consociata erat, ad quam sic ille: *Wird also solches alles hier mit dieser Erinnerungs Schrift dem ordentlichen Reichs Ausschuss, weil solches eine Sache ist, die das gantze Reich angehet, und aber der ordentliche Reichs Ausschuss wegen ihm ertheilter Vollmacht itziger zeit das gantze Reich darstellet, augenscheinlich dargewieseu werden.* e).

## VIII.

a) in dem Teutschen Staatsrecht p. VIII. p. 24.

b) Discurs. de iurispr. publ. German. P. 1. c. II. conclus. 4. & 9.

c) de statu rei Romanae Exercit. III. §. 5. not. d. p. 147. To. I.

d) cit. loc. Exercit. V. §. 7. not.

e. p. 318. To. I. add. LVDEWIG in Commentar. ad A. B. p. 521. 535. 567. To. I.

e) in Diario Europaeo To. I. p. 423. & PASTORII Lauro Actorum publicorum p. 5.

VIII. DE VICARIA POTESTATE. VICARIOS MAIESTATEM NON HABERE. QVALIS SIT EORVM POTESTAS EX MENTE REVERENDISSIMI BAMBERGENSIS EPISCOPI INDICATVR.

ILLVD vereor, ne, maiestatem apud ordines in Interregno esse, ii negent, qui ita augent Vicariorum potestatem, vt non Vicarii Imperii, sed Imperatores Vicarii euadant. Quare ad perficiendum nostrum propositum, demonstrandum illud est, quod nostrae de interregno descriptioni adiunximus, partes Imperatoriae potestatis, in illo a Vicariis, sed administratoria ratione, exerceri. Administratoria autem ratione partes maiestatis exercet is, qui curat quidem rempublicam, ita tamen, vt summum Imperium non habeat, h. e. secundum HVGONEM GROTIUM, a) vt sit quidam, qui acta eius irrita possit reddere; deinde qui reddendis quoque rationibus obnoxius est. b)

D 3

At

a) de I. B. & P. L. I. c. III. §. 7. add. CANZ. *Discipl. Moral.* §. 1028. 1029. ZIEGLER de iuribus maiest. L. I. c. I §. 9.

b) Conferri ad hunc locum omnino debet illustre Grotii illustrati opus, quod Viris immorta-

libus H. & S. DE COCCII debemus p. 252. 267. Ad Vicarios hanc ipsam distinctionem applicat WERNHERVS de iuribus Vicariorum in A. B. non expressis §. 8. quamuis in ea causa Vicarios nostros esse neget.

At illud de Vicariis nostris affirmandum esse, ex iure publico vniuersali colligimus, quod, maiestatem in interregno regulariter esse apud totam ciuitatem, docet, vti non firmissimis solum rationibus, sed TITII, WERNHERI, GRIBNERI, HERTLINGIIQUE, gra- uissimorum pro Vicariorum iuribus defensorum testi- monio id euictum dedimus. Ex quo est, vt Vicarii, si delatam ipsam sibi maiestatem dicant, ex legibus illud publicis, ex moribus, ex forma reipublicae, aut si- milibus cum his rationibus, debeant demonstrare. a) Huius autem generis constitutiones nescit Germania. Primum, quod ad Vicarii generalem significatum pro- uocant quidam ex vindicibus iurium Vicariorum; b) in eo certe caussae suae male consulunt. c) Nam vt Ro- mana praetereamus, exileque in Latio Vicarii nomen, quis ignorat, Vicarios nostros magistratus iudicisque munere fungentes, mox aequali cum Comitibus po- testate, saepius illis subordinatos fuisse d)? Secessit qui-

a) v. LYDEWIG ad, A. B. p. 567. To. I.

b) WERNHER obseruat. Forens. P. II. Obs. CXVI. To. I. p. 586. 587. GRIBNER de iurib. Vicariorum quae, perperam in dubium vocan- tur §. 4. 5. Opusc. To. II. p. 4. 5. 6.

c) Quid? quod non ita inepte, ex ipsa Vicariatus idea, contrarium colligit MVLTZIUS in Corpore Iuris publ. p. 17. vbi eleganter to- tam hanc caussam peroravit.

d) v. Glossarium du Cangia- num h. v. To. VI. col. 1549. edit. noviss.

quidem ab ea significatione sequior aetas, & maior certe Vicariorum dignitas fuit, qui vel absente Imperatore, vel vacante Imperio, huius partes gerebant; constituebantur tamen ut plurimum, siue ad certae prouinciae, siue ad negotii certi administrationem. Itaque quoties Vicarii mentio est, quoties splendida nomina imaginariae personae regiae Vicarii, Regis Imperii-que Vicarii generalis, occurrunt, non Imperatorem vicarium, sed magistratum denotant. Non possum illustrius, aut ad conuincendos animos magis aptum ea de re testimonium in medium proferre, quam Illustrissimi Herois, ad bonum vtriusque reipubl. nati, a me autem deuotissima magis animi pietate, quam laudatione, quam nullum aeuum tacebit, venerandi GERLACI ADOLPHI DE MVNCHHAVSEN. Hic enim, cum haec videret, ex hac notione, naturam Vicariatus Italici ab omnibus fere scriptoribus perperam explicatam, primus restituit. a) Deinde quod Vicariorum potestatem propriam dicunt indeque independentem adeoque summam; b) illud probari non potest.

a) in excellentissima *de Vicariatu Italico* dissertatione C. III. per tot. praesertim vero §. 1. 2. 5.

b) vid. WERNHERI *Diff. de Iuribus Vicariorum S. R. I. in Aurea Bulla expressis* §. 3.



potest. Non omnes enim regendae reipublicae partes, quae iure proprio exercentur, summae sunt. Propria erat Romae iurisdictio, quaecumque lege comitali tributa erat, quamvis iure magistratus comperet. Quare, si illam regulam cogitas, qua nemo existimatur liberalior, quam id exigit necessitas; si electiui regni naturam, cuius prima lex haec est: nulli, nisi personae, cuius industria electa, committendam maiestatem esse; si prudentiam; si mores gentium; si originem vicariorum ex officialibus Imperii *a)*; si illam confirmationem gestorum a Vicariis, quam quisque novus Imperator, causa cognita, indulget; si iuramenta fidelitatis, quae durante Interregno non Vicariis, sed soli Imperio praestantur *b)*; si, quam multi defendunt, rationum redditionem de redditibus collectis *c)*; si ipsam administrationem, quae prouisio dicitur in A. B. & ad munus futuri Imperatoris fit *d)*; si denique, quod in minorennitate Imperatoris gesta a Vicariis

sub

*a)* v. LVDEWIG ad A. B. To. I. p. 515.

*b)* v. LIMNAEVS ad A. B. Tit. V. obi. 16. p. 271. LVDEWIG l. c. p. 557.

*c)* vid. Diploma RYPERTI apud

LVDEWIGIVM c. l. p. 554. SCHIL-  
TERVS de Vicariis S. R. I. §. 12.

*d)* v. A. B. Tit. V. §. 1. & ad  
h. l. commentarium LVDEWI-  
GII p. 580. To. I.

sub nomine Imperatoris minoris expediuntur: si haec, inquam, omnia tecum pensitaueris; non dubito, fore, vt tibi illa Vicariorum maiestas satis dubia, & tota eorum potestas ex fine potius, cur sint constituti, diiudicanda videatur. Hic autem, vti nos non dubitamus, fuit, vt essent, qui quietem tranquillitatemque publicam curarent, expedirentque adeo ea, quae moram nullam patiuntur. Quare vt veram hanc de Vicariorum potestate sententiam explicite describamus, vtemur iterum sapientissimi illius, Reuerendissimi Principis Episcopi Bambergensis, Rescripti auctoritate, vbi illa res sic declarata est a): *Es ist per Auream Bullam der gemeinen Nothdurfft per Vicarios in seinen bekandten Umständen und Schrancken vorgesehen worden, und hat das Gesetz der Goldenen Bull, obwohlen nur nach der Dunckelheit und der vertrauten Art jener Zeiten überhaupt eingerichtet, jedennoch disfalls sein klares Gesetz, Ziel und Maafs, wenn man solches nur verstehen, und sich allerseits ohne weitere Begierlichkeit darnach richten will. Wie nun gar zu offenbahr, dass die Vicariatus eines theils sich gar zu weit ermächtigt, andern theils aber gar zu sehr haben wollen eingeschräncket werden: So wird nothwendiger weifs, die gemeinschaftliche Billigkeit*

E

das

a) c. l. p. 4286

das vorige Ubel allein zum geschwindesten und sichersten  
 dermahlen austheilen und behelffen können. Dafs nun den  
 Vicariatibus zwar nicht die Majestas und potestas Imperato-  
 ria vniuersim, sondern die potestas rectoria & iudiciaria in  
 gewissen Dingen, das ist, extra personalia maiestatica, quae  
 reseruata Caesaris sunt, und der gemeinen Ruhe Noth, und  
 nach den Rechten zu helfen, allein aufgetragen zu seyn, ge-  
 meiniglich geachtet und fest gehalten werde, dieses brauchet  
 keinen Beweifs, sondern es ist obgemeldet, das die maiestas  
 Imperii in Imperatore ipso & in Imperio personaliter hassie.  
 Wie nun diese den Vicariatibus nicht übertragen, wohl aber  
 die Potestas, damit die unverfälschte Ruhe und Gerechtigkeit  
 in guter Ordnung besorget sey, aperta lege ertheilet ist; Also  
 ist offenbahr, quod illa, quae maiestatis personalis sunt, in  
 Vicariatibus nicht hassien können, herentgegen illa, quae po-  
 testatis rectoriae, Exercitii iudicialis sunt, ihnen nicht können  
 widersprochen werden; daher lauten die formalia Aureae  
 Bullae §. V. Vicarios prouisoires Imperii cum potestate iudicii  
 exercendi &c. statutos esse: nach diesem folget denn auch von  
 selbst, das all dasienige, was viuenti Imperatori nicht  
 allein, sondern auch cum consensu Imperii zu thun oblieget,  
 das solches die Vicariatus absque Maestate & absque con-  
 sensu imperii noch weniger, als auch Personalia Imperatoris  
 nicht

nicht ausüben können. Hoc vero supposito richtet sich dann all übriges von selbst e. g. wie ein lebender Kayser keinen Reichs-Tag ohne Vorwissen derer Stände zusammen zu ruffen vermag, also gehört nothwendiger Weiss zu gegenwärtiger Beysammenbleibung des Reichs dessen Consens. Ist nun dieses richtig, so muss herentgegen auch denen Vicariatibus demnach alles gestattet werden, was zu dergleichen Verrichtungen erfordert wird, dann sonst würde absque mediis der finis gar bald entfallen. Eadem principia iterum vrgebat Celsissimus Princeps post mortem CAROLI VII. peruenitque ad manus nostras rescriptum eius, ad Legatum in Comitibus, ex quo, cum, quantum scimus, editum nondum sit, placet haec verba adiicere: die Aurea Bulla hat diesfals ihre deutlich ausgezeichnete und vorhin a Vicariis weder überschrittene, nun aber allzuweit treiben wollende Maass-Regeln d. i. das provisorium Caesarei Officii nomine Maiestatis Imperii in Iustitz-Friedens-Policey-Sachen, nicht aber ipsam Imperii Maiestatem & eius reservata personalia, quae in Imperatore, hoc vero defuncto, in toto Imperio allein zu beruhen haben &c. Et certe, quamuis forte aliquis de verbis Aureae Bullae cum IO, LIMNAEO a) disputare possit, sintne ea, quae ibi addu-

E 2

cta

a) ad Capitulat. CAROLI V. p. 143. seq. & passim in Operibus.

Etia sunt, ipsa regula an, exempla tantum; si mentem tamen & obseruantiam vsualem explicatricem adhibeas, verior videtur ea sententia, quae non in verbis haeret. Prouidere Imperio Vicarii debent; at ad prouisionem plura spectare, quam quorum eo Aureae Bullae loco mentio fit, & natura negotiorum Imperii, & experientia tot Imperatorum Imperiique confirmationibus comprobata indicat. Vicarios sibi populus nulla certe alia ex caussa constituit, quam vt interregnorum periculosa fata euitet, possintque expediri ea, quae moram nullam ferunt. Quare aptam ad hunc obtinendum finem potestatem eis deferre debet, h. e. circa obiecta non nimis limitatam, <sup>a)</sup> sed ea omnia comprehendentem, quae ad salutem publicam seruandam requiruntur, & ob hoc ipsum moram omnem respuunt. Quod in Imperio aliter esse, nulla certe, quantum id ego perspicio, valida ratione probari potest, quin plura illis, si ipsam obseruantiam spectes, tribui, constat.

VIII.

a) Nititur haec nostra sententia auctoritate quoque Illustrissimi Mynchhusii *Dissert. citat. C. IV. §. 7. & 8.*

## VIII. DE COMITIORVM REQUISITIS.

RESTAT vltimum prolegomenorum caput, de idea comitorum ad iuris publici tum vniuersalis tum Germanici principia examinanda atque stabilienda. Quod si ARVMAEI, viri inter huius doctrinae scriptores nemini secundi, sequi vellemus auctoritatem, omnes omnino *conventus Imperii causa instituti* a) comitia nobis dicendi essent. Sed quum nullum sit dubium, quin conuenire quidam Imperii causa possint, licet non ad comitia, non totam eorum vim atque naturam illa notio exhaurire videtur. Quis enim, vt hoc vtar, frequentes principum illorumque consiliariorum conuentus, quos Conferentias vulgo vocant, etsi vel maxime Imperii salutem curae cordique habeant, vocauit vnquam, vel sustinet vocare comitia, nisi, & militum ad defensionem Imperii congregationes eodem posse appellari nomine, dixeris. Nobis vero in hoc potissimum inesse videtur comitorum natura, vt in iis de Imperio decernatur, h. e. vt consiliis, vel legibus, institutisque, convocatis iis omnibus, quorum consensu vel maxime de re publica statuitur, Imperio consulatur. Quod cum

E 3

perspi-

e) de Comitibus Cap. I. 20. p. 9.

perspiceret communis ille patriae doctor, H. CONRINGIVS a), recte obseruauit, in eo praecipue statu vbi aut omnes aliquid, aut plures saltem de summa reipublicae participant, locum comitia habere, in monarchiis autem, si sint comitia, quod vel consilii solum capiendi, vel dicis causa convocentur, vix illud nomen mereri. Quibus ex omnibus ad Germaniam nostram translatis b) patet, comitia ab CONRINGIO, c) RVMELINVM hac in parte secuto, recte conuentus dici totius corporis Imperii aut certae partis ad aliquid deliberandum decernendumque reipublicae causa constitutos. Hic enim omnino apud nos quoque comitorum finis est, vt collatis Imperatoris, si is vixerit, Ordinumque consiliis, de statu reipublicae decernatur; cum neque sine Ordinum consensu ab Imperatore, nec sine huius auctoritate ab Ordinibus leges in omnes vim suam exerentes condi & de rebus

a) de republ. German. Exercit. IX, §. 6. p. 469.

b) Transferri autem posse, & ex ipsa comitorum in Germania natura colligi, coimperii aliquam partem esse apud ordines, recte quoad vniuersi Imperii Systema obseruat Auctor der Grundfeste

Seet. I. Cap. I., quoad speciales autem Germaniae respublicas, Pater meus, non sine pietate a me excitandus, DAV. GEORGIVS STRVBE Obseruat. Iuris & Histor. Germ. IV. xxiii. p. 201. seq.

c) cit. loc. §. 4. p. 466.

bus nostris maioris momenti statui possit. Hunc finem & iurium adeo maiestaticorum exercitium quaecunque intendit ordinum congregatio, illa comitorum nomine venit, & ab omni alio conuentu est discernenda. Hinc quae omnibus omnino comitiis adesse necessario debent, colligi facile possunt. Nam primum, vt statui de republica possit, si opus est, vt conueniant, certe convocentur illi omnes, sine quorum auctoritate peragi illud non potest, h. e. apud quos ipsa est maiestas; in viuo Imperatore, Caesar & ordines, adesse debent; in interregno soli ordines sufficiunt. Nonnunquam autem de negotiis totius Imperii, ex praescripto legum vel omnium placito non omnes, sed quidam status agunt, & hi sunt illi certae partis Imperii conuentus, quos comitiis comprehendit **CONRINGIVS**. Alterum, quod negligi in comitiis non debet, nec potest, forma illorum ea est, quae in exercendis maiestatis iuribus, legibus condendis, deque publica re statuendo, praestituta est. Nam cum ad regimen Imperii singuli ordinum non eadem auctoritate & vi concurrant, huius quoque rei ratio est habenda. Huc praesertim illud pertinet, vt tria Electorum, Principum, & Ciuitatum collegia, suas

suas



suas sibi separatas habeant consultationes; nouem porro Electorum sententiis tantum tribuatur, quantum reliquorum principum opinionibus omnium; vnus porro principis auctoritas; toti Comitum scamno aequalis sit, & quae sunt similia. Horum itaque vnum si abfuerit, comitia non sunt. Habet vero haec inter comitia ceterosque conuentus distinctio hanc vim, vt nemo, nisi qui consenserit, per pacta, plerisque constatibus in extraordinariis illis congregationibus probata, obligetur, nec ad comparandum in eorum voluntariis coitionibus cogi aliquis iure possit; in comitiis autem & conuentibus ex legum praescripto institutis regulariter ius maioris partis locum habeat, & abesse iure nemo, nisi impeditus, possit.

X. COMITIA AGI IN INTERREGNO POSSE,  
DEMONSTRATVR.

IAM vero, quoniam, quae sit interregni in Imperio indoles, quae vis Vicariae potestati subsit, quae natura comitorum, vidimus, sequitur, vt, si recte haec ad causam nostram transferre velimus, principem

Ipem status quaestionem ponamus hanc, possintne in interregno comitia haberi? Haec in duas distribui disputationes facile potest, quarum prima in hoc versatur, ut, posse principes Imperii, etiam inuitos, ad coitionem in interregno cogi, demonstrat; altera autem, quo iure hi conuentus comitia dicendi sint, ostendat. Sunt enim, qui, licet concedant, principes, si conuenire velint; & de republica vi pacti decernere, a nemine impediri posse *a)*; nihilominus tamen dubitant, an, nolente vno alteroue, adesse is, & quae a ceteris conclusa sunt, rata habere teneatur. Vtramque enim necessitatem, putabant a conuocandi iure, quod Imperatoris est, in interregno autem, secundum eorum sententiam, nullius, dependere. Haec igitur difficultas quando non nisi ex iis principiis, quae superiori capite explicauimus, tolli melius potest; recurramus ad autonomiam illam, quam in interregno quoque Germaniae vindicauimus (§. III.). Hinc enim cogitur, ut, cum sit in omni ciuitate Imperium, & plurium adeo ius ex naturali ratione locum habeat, etiam interregni tempore, si maior pars Imperii co-

F mitia

*a)* V. MVLZII *Corp. Iur. Publ.* 2: §. 2. v. 10. p. 599.  
*Germ. Part. II, C. XIX. Membr.*

mitia haberi iubeat, accedere omnes, & id, quod plurimis placuerit, debeant approbare. Itaque illa pars Caesareae maiestatis, quae circa comitia versatur, illa potestas, quae cogit proceres, vt conuocati adsint in comitiis, nec sublata est in interregno, nec suspensa; sed cum ceteris maiestaticis iuribus rediit ad ordines, & ab iis cum imperio in inuitos, vel immediate vel mediate exerceri potest. Subduxit certe eodem modo rationes suas Illustriss. Ministerium Hasso-Casselanum, cuius de comitiis in interregno consultationem exhibet, non indicato tamen nomine, Illustris MOSERVS a) *Entweder, welches sich doch von selbst wiederleget, das Römische Reich ist ohne den Kayser in Interregno gar kein Corpus Statisticum, so Krieg, Frieden und Bündnisse schliessen, und Gesetze geben, und andere ad iura maiestatica gehörige Dinge exerciren kann, oder aber, wenn letzteres, wie es denn ohnstreitig ist, statuirt wird; so muß nothwendig alsdenn die potestas legislativa & rectoria, so viel nicht davon besonders den Vicariis übertragen, ganz bey den Ständen, und die den gewesenen Regenten übertragene Portio iurium maiestaticorum eorumque Exercitium, an die-*  
selbi-

a) T. Staats-Recht, Tom. VIII. § 12. p. 28.

selbige reuertiret seyn, und wann einsten also zu deren Ausübung, weilen das Exercitium derselben nothwendig und per se comitialem statuum congregationem erfordert, vvenn keine Comitia vvirklich, viel eher dergleichen von neuen conuocirt, als statuiret vverden müsse &c. Quod ad alteram attinet quaestionem, primum ipsa vocis comitiorum notio ita explicanda est, vt id comprehendat, quod omnium gentium comitiis commune est, nempe vt deliberandi gratia statuendique de republica conueniant ii, quibus haec cura imposita est, h. e. maiestatem habent. (§. VIII.) In interregnis autem nostris cum apud ordines illa sit, nullum dubium est, quin, si hi conueniant, comitia haec recte dici possint. Quod quidam vrgent, comitia in Imperio sine Caesare haberi non posse, id quidem, quamuis multam speciem habeat, magis tamen in aliquam verborum videtur, quam rei ipsius, disputationem abire. Naturale id est, vt, viuentē Imperatore, cuius est conuocatio, propositio, confirmatio, eius ratio in definiendis comitiis a doctoribus habeatur. Sed hinc non efficitur, post huius mortem conuenire Imperium non posse. Quos conuentus comitia appellare

si insolens tibi & inusitatum videtur, si, te comitia sine Caesare cogitare posse ac fingere, negas, facile illud tibi concedere possemus, vt, quale tibi placuerit demum, comitorum loco substituas nomen, liberum tibi fit. Sufficit nobis, de ipsa horum conuentuum forma acturis, conuenire ordines & de rebus suis statuere posse, immo si saluam Germaniam velint, debere. Placet ea quae diximus confirmare grauissima auctoritate eius consultationis, cuius partem iam dedimus. a) *Es ist zu betrachten, dass unter der Kayserlichen Regierung der Kayser und Stände zwar eigentlich zwey personas morales vnum esse constituentes, dergestalten formiren, dass des Kayfers Actiones deren Stände consens, deren Stände ihre aber des Kayfers authorität und confirmation, um ein totum politicum zu formiren, erfordern, und also freylich daher unter einer Kayserlichen Regierung Caesar und Imperium die comitia coniunctim formiren müssen; dieses alles aber in statu interregni nicht ist, also nur ein Corpus vorhanden ist, deme alle iura zugehörig, so aber in suum commodum aliquam portionem derenienigen, so es ordinarie dem Kayser proprie überlässet, denen Vicariis ad*

(a MOSER l. c. p. 33.

*exercitium magis commodum, iedoch nicht dergestalten, überlassen, dass wann diese an dem Exercitio behindert sind, der effectus in totum cessiren und das Corpus Imperii gleichsam pro politice mortuo angesehen werden müste, und reduciret sich so alles am Ende dahin: ob die Stände auch ohne Kayser in Interregno, wann bey dessen Tode keine comitia subsistiren, sich comitaliter versamlen können, wovor die Affirmatiua ex ipsa definitione comitorum (ut pote quae sunt conventus civium Imperii suae propter publicam Imperii suae propriam utilitatem instituti, docente Vitruvio I. P. L. 4. Tom. 1. §. 2.) fließet.*

**XI. COMITIORVM IN INTERREGNO CONGREGATIONEM VTILEM NECESSARIAMQVE ESSE VARIIS ARGVMENTIS DECLARATVR.**

QVAE igitur ita agi comitia posse, ex rationibus iuris vniuersalis publici probauimus, illa vt habeantur, multae omnino rationes suadent & hortantur. Ex his, quae vel potiores, vel in interregnis post CAROLI VI. & VII. decessum a principibus, bono publico praesertim deditis, adductae, illas in medium hoc loco proferre iuuat. Primum (I.) vnica

haec fere via est, qua curari securitas patriae eaque ab interitu, per interregnum praesertim periculosa tempora, vindicari potest. a) Docuit sane tristis factorum experientia, quae Germaniam post CAROLI VI, & VII. mortem turbarunt, quam parum roboris contra communem validissimumque hostem in priuatis principum consociationibus situm sit. Alii enim propriam priuatamque utilitatem praeseruat communi; alii vicini hostis & potentis iram metuunt. Illos cogit nonnunquam atque cohibet totius imperii decretum, hos reddit securos & ad capienda fortia consilia impellit. Taceo illam seruandae per interregnum reipubl. viam, quae foederibus, aut alia extraordinaria quadam ratione munitur, sumtuosorem, difficiliorem, eamque plus temporis ac morae, requirere, quam ferre res nostrae possunt. b) Ea deinde (II.) forma est Imperii nostri & constitutio, vt, sicuti in grauioribus negotiis ipse Caesar assensu ordinum opus habet, ita multo minus Vicarii de his soli valide aliquid possint statuere. Quae itaque rationes, vivente

a) Grauius id vrgebant principes 1741. in literis ad Electorem Moguntinum apud Illustrem MO-SERVVM *Teutsch. Staats - Recht.*

To. VIII. p. 39. seq.

b) id agnoscebant quidam ex ordinibus a. 1740. v. MOSERS c. l. p. 37.

vivente Caesare, suadent ordinum conuocationem, non solum in interregno vim suam exferunt, sed per vicariae potestatis expositam a nobis naturam, vehementer quoque augentur. a) Vnde Reuerendissimus Episcopus Bambergensis in literis, quarum superius partem dedimus, *wegen Beysammenbleibung des Reichs-Tags, inquit, ist die haupt ratio decidendi diese, dass, gleichwie bey auch ersetzten Kayserthron, dessen majestät ohne die Stände des Reichs in den wenigsten Dingen zu verfahren vermag, also denen in ihren Schrancken gesetzten Vicariatus, das providere Imperio noch weniger würde mit Ruhe und Kraft möglich seyn.* b) Et occurrunt sane (III.) in interregno de noui regis electione, de capitulatione & huius generis causis controuersiae, quae sopiri, penitus certe componi, nisi a congregatis Imperii ordinibus, non possunt. c) Huius generis illa fuit, quae vtrumque nouissimorum interregnorum Bohemici voti causa exagitauit. Habet autem ea res illud incommodum, vt, cum ceteri ordines

Electo-

a) v. Viri Illustris C. G. BV. I. p. 426.  
DERI *Amoenitates Iuris Publici*

p. 108.  
b) *Geschichte des Interregni nach CAROLI VII. Absterben To.*

c) vgebant id principes a. 1741. in literis ad Electorem Moguntinum datis apud Ill. MOSERVM c. l. p. 41.



Electorum de his similibusque decisiones non admittant, ipsa dein electionis validitas in dubium vocetur. Quod qui publicae quieti infensi sunt, ambabus arripientes, harum controuersiarum arbitrium penes se esse deinde, autumant. Accedit (III.) quod, si in interregno comitia agantur, multis possit ordinum querelis multisque e nostra regiminis forma abortis malis, remedium parari. Sub Imperatoribus hoc, quoniam ordinum conclusa ab Imperatoris consensu vim legis habent, admodum difficile est. Interregni autem tempore, quamuis id cordi Electores curaeque habere soleant, ut, quae sub prioribus Imperatoribus irreperunt in republ. vitia noua capitulatione emendare studeant, nescit tamen nemo, quam foecunda haec res sit difficultatum, quamque controuersa inter Electores ceterosque principes. Hi enim, quod ad legislatoriae potestatis, cuius participes sunt, ambitum referant omnia, quae de republ. nouiter statuenda, solent reniti & intercedere sua protestatione, etiamsi salutare id Imperio esse, quod pacti capitulatione sunt Electores, non negant. Minuitur autem hoc ipso vis & auctoritas capitulationis. a)

Quibus

a) vid. H. CONRINGII eam in rem philosophiam non sine fructu

Quibus incommodis nulla posset magis apta adhiberi medela, a) quam si, durante interregno, ordines de his rebus statuerent, Imperator autem rata ut haec haberet, dein per Capitulationem adstringeretur. Illud tamen negari non potest, hanc rationem hactenus praesertim impediuisse, quo minus in interregnis comitia haberentur. Certe cum de continuanda per interregnum deputatione 1657. ageretur, inter alias causas, Electores plerosque ab hoc consilio reuocantes, hanc quoque fuisse & intelligi, & quid huic obiectioni respondendum sit, perspicui potest ex literis a Moguntino Electore eius rei gratia ad Coelectores datis, quarum haec verba sunt: *Denn obschon vorgebracht worden, als wann die Fürsten daraus, (nempe ex deputationis continuatione) Anlass nehmen würden, sich gleichfalls in künftige Wahl-Tage einzumischen, und bey die Wahl-Capitulation oder Gesetze ein und andere Erinnerung einzuwenden - - wird doch - derselben Abschaffung in der Kuhr-Fürsten-Rath und unserer freyen Willkühr stehen. Was aber anlangt die Erinnerungen, so sie solten mit*

## G

in

Etu leges in *Commercii Epistolici Leibnitiani*, quod *ILLVSTRI GRVBERO* debemus, *Tomo Prodromo* f. 247. 248. 276. 277. 282. 283.

a) conferri omnino ad hunc locum debet, saepius a nobis laudata, Consultatio apud *Ill. MOSERYM Te. VIII. p. 31.*

in die Wahl-Capitulationen wollen mit einstreuen, so sind selbige schon zuvor - dem Kurfürsten-Rath übergeben - - und wann auch schon dergleichen mehr auf die Bahn gebracht werden, so werden doch die Herrn Kurb-Fürsten, in deren Belieben solches stehet, schon ein Mittel dafür wissen. Ia solte auch gleich dieser Reichs-Ausschuss aufgehoben, oder gar abgeschafft werden, so würden uns doch unsers Erachtens nichts desto weniger dergleichen Erinnerungen, welche die versammelte Fürsten und Gesandte vielleicht noch wohl schärfer zu Papier gebracht, zugeschickt werden. a) Denique (IV.) si illa vnquam calamitas Germaniam afficeret, vt ipsi Vicarii infesta saluti publicae consilia agitant, optimum omnino remedium in his comitiis situm foret. Posuerunt sane insignem olim comitorum nostrorum in eo vtilitatem, vt peccata aulae emendarent viri nostrarum rerum peritissimi, IO. CHRISTIANVS L. B. BOINEBURGIVS & HERMANNVS CONRINGVS; b) notumque est, illos Imperatores, qui maiorem, quam fas est, auctoritatem affectarunt, a quo consilio forte non ita alienus fuit FERDINANDVS II.

a) CON-

a) *Diarium Europaeum To. I* dromo p. 447. 449. 467. 469. 509. p. 415. *Vol. I, & p. 892.*  
 b) v. horum epistelas mutuas *Vol. II.*  
 in *Commerciū Epistolici Tomo Pro-*

a), congregationem Imperii, quantum potuere, impediuisse. Quae res quantam sub Imperatoribus, tantam & in interregno, posset reipublicae calamitatem concitare.

XII. HISTORIA CONSILIORVM IN INTERREGNIS  
DE RESTAVRANDIS COMITIIS AGITATORVM.  
DE CONTINUANDA DEPUTATIONE IMPERII  
POST MORTEM FERDINANDI

III. 1657.

HIS itaque similibusque hortationibus tantum tributum est, ut inde ab eo tempore, quo res nostrae & forma adeo imperii tutiori loco esse coeperunt, quod per pacem demum Westphalicam factum est, in omnibus interregnis de comitiis conuentibusque cogitatum sit. Horum igitur consiliorum series meretur expendi, ut, per quod steterit, quo minus salutarem vim suam exhibuerint, iudicari inde possit.

Obeunte itaque d. 23. Mart. 1657. FERDINANDO III. non quidem comitia, sed conuentus deputatorum Francofurti ad Moenum congregatus erat. Legati

G 2

hunc

a) vide *Commercii Epistolici* 248. 277.  
*Leibnitiani Tomum Prodromum p.*

hunc constituentes conuenerunt d. 12. Iunii h. a. propositumque est a Moguntino, rescindendane sit deputatio, an, si id displiceret, qua ratione continuanda? Et refert *auctor Diarii Europaei a)*, in diuersas circa hanc quaestionem sententias Electores ceterosque principes abiisse. Sed verius videtur, omnibus initio deputationis continuationem placuisse. Ita enim in interregno 1740. a viris rerum scientibus inuenio adductum; & clara sunt verba Electoris Moguntini in literis de eo negotio ad Electores datis: *Nun gehet uns hiebey nicht unleitlich tief zu Hertzén, wann, wie nicht zu zweifeln, der Abgeordneten Fürsten und Stände Gesandten, bey dieser ihrer Meynung, bevorab solches bereits den  $\frac{12}{22}$  Tag Iunius einmüthiglich, in beyden Rathsversammlungen beschlossen, das nemlich diese Reichs-Deputation oder Ausschuss weiter fortzusetzen &c. b)* Deinde autem illud, quod a *Diarii Europaei collectore* memoratur, accidit. Melius enim consultiusque visum est Electoribus, appropinquante electionis die, deputationem vel finire, vel certe ad noui vsque Imperatoris electionem differre. Itaque cum literae Regis

a) *To. I. p. 317.*

b) *v. Diarium Europaeum T. I.*

gis Sueciae d.  $\frac{5}{15}$  Iulii h. a. ad deputationem datae d.  $\frac{7}{17}$  Septemb. ordinibus a Moguntino proponerentur, d.  $\frac{12}{22}$  eiusdem mensis Electorum legati respondere: *dass weil der Wahltag herbey, und sie allein zu diesen und nicht Deputations-Geschäften bevollmächtigt, der Deputations-Tag und dessen Geschäfte bis nach vollbrachter Wahl zu verschieben wäre.* a) Sed id ceteris principibus displicuit, quorum rationes Moguntinus, ipse in has partes inclinans, Electoribus graui & prolixa epistola proposuit. b) Urgebant praesertim periculosa interregni tempora, quae communia salutis publicae consilia prouidamque curam flagitarent; hanc autem non ad solos Electores, sed ad totum Imperium pertinere. Addebat Moguntinus: vtile fore, tandem securitatis publicae negotium, cuius gratia deputatio praecipue conuocata erat, finiri; deputationem nomine totius Imperii congregatam esse, adeoque a solis Electoribus non posse dissolui; denique me-

G 3 tuen-

- a) v. *Diarium Europaeum To. 181 Theatro Europaeo To. VIII. p. 324. 325.* p. 56. seq. & A. FRITSCH de Conuentib. Deputator. Imperii inter Opuscul. p. 415. seq.
- b) Inuenienda in *Diario Europaeo To. I. p. 411. 416.* LONDORP II *Actis Public. To. VIII. p.*

tuendum non esse, ne ea ratione ius capitulandi Electorum detrimentum caperet. Siue enim confociati sint principes, siue non sint, monita ad capitulationem expectanda ab iis esse, reliqua autem tentamina, alia & multiplici ratione, posse cohiberi. Sed id Electoribus non persuasit. *a)* Extant in huius interregni scriptoribus *b)* literae, ab Electore Saxonico ad Landgrauium Hassiae d. 16. Octobr. h. a. scriptae, quibus hortatur, ut principes a deputatione omnibusque illis negotiis desistant, quae moram electioni afferre possint, ostendentes, mansisse in hac sententia Electores. Caruit itaque res, ut videtur, *c)* euentu. Quamuis enim frequentes sint, in actis huius temporis publicis, literae ad deputationem, a principibus exteris datae *d)*; ipsi Legati Principum manserint Francofurti; hosque, ut deputationem constituentes, agnouerint Rex Galliae & Sueciae *e)*; tamen

*a)* vide responsorias Electoris Bavarici & Saxonici literas apud FRITSCHIVM *c. l.* p. 417 - 420.

*b)* v. *Diarium Europaeum To. I.* p. 483. 486.

*c)* *contrarium placet* A. FRITSCH *de Conuentibus Deputat. Imp. O. pusc.* p. 409. SCHWEDER *In-*

*trud. in Ius Publ. Part. Spec. Sect. I. cap. 31. §. 6. m. p. 545.* LVDEWIG *de Iure adlegandi ordinum S. R. I.* p. 123.

*d)* v. *Diarium Europaeum To. I.* p. 317. 324. 421.

*e)* v. *Theatrum Europaeum To. VIII.* p. 57.

men ad finem perductum aliquod esse negotium, non inuenio. Certe Imperator LEOPOLDVS cum Moguntino de restauranda transferendaque Norimbergam deputatione agens literas d. 14. Aug. 1658. ita exorsus est: *P. P. Wir erinnern Uns, was an Uns Ew. Lbd. in Nahmen des gesampren Churfürstl. Collegii wegen Reassumption der nach Franckfurth, inhalts des jüngsten Reichs - Abschieds, gelegten, aber umb der darzwischen kommenden Wahl - Handlung willen eine zeitlang in suspenso gebliebenen ordinari Reichs - Deputation gelangen lassen, dass solche nicht allein nothwendig zu continuiren &c. - - - Wie wir Uns nun - die Continuation erst berührter ordinari Reichs - Deputation, und dass die abwesende Deputirte von Ew. Lbd. auf den von Hochlöbl. Churfürstlichen Collegio vorgeschlagenen nechstfolgenden ersten Octobris schriftlich dazu citirt werden, gnädigst gefallen lassen &c.* a) Ex quibus non improbabili ratione colligimus, durante interregno nihil ab ipsa deputatione actum esse. b) Nam si id esset, quomodo dici ab Imperatore posset: *dass wegen der darzwischen gekommenen Wahlhandlung die Deputation eine zeitlang in suspenso geblieben?*

XIII.

- a) v. Diarium Europaeum To, I. 1ten Session d. 1. Octobr. vorgegangen, extat apud LONDORPIVM p. 966.  
 b) Protocolum, was in der ersten Session d. 1. Octobr. vorgegangen, extat apud LONDORPIVM p. 504.





XIII. ENARRATIO EORVM, QVAE 1711. DE CONTINVANDIS PER INTERREGNVM COMITIIS ACTA SVNT.

QVANTO minus post LEOPOLDI Aug. mortem, quod electus iam Rex Romanorum IOSEPHVS esset, aliqua de comitiis habendis quaestio suboriri poterat, tanto maiore ardore, extincto hoc praematura morte, ea res agitata est. Perlato igitur Ratisbonam de morte Imperatoris nuncio, legati, congregationis suae in comitiis remansionem reipublicae utilissimam rati, haud multo post conventiones, vt antea, consueto loco habendas esse, sanxerunt. Huius rei historia apud LVNIGIVM *a)* his verbis exposita est: *Dienstags den 8. April. A. 1711. wurde extraordinarie zu Rath angesagt, und nachdem sämtliche Herrn Gesandte auf dem Rath - Saal erschienen, geschake von dem Herrn Moguntino folgende Anzeige: Weilen bey eingelauffener betrubten Nachricht von dem unvermutheten Ableiben Ihro Röm. Kayserl. Majest. glorwürdigsten Andenkens, so wohl des hisherig Kayserl. Höchst - Ansehnlichen Herrn Principal Commissarii Hochfürstl. Eminenz, als auch*

*einig*

*a) v. Teutsches Reichs Archiv T. III. p. 355:*

einig andere vornehme Gesandtschaften vor gut angesehen, oder vielmehr höchst-nöthig erachtet, das die comitia, etiam deficiente Capite, in statu quo verbleiben möchten, als hätte er Herr Moguntinus nicht ermangelt, so gleich durch den Legations-Secretarium Sonnemann Ihro Churfürstlichen Gnaden zu Mayntz, sowohl von höchst-schmertzlich besagten Trauer-Fall, als nöthig erachteter continuatione comitiorum, die unterthänigste Apertur zu thun. Weil nun bemeldter Secretarius gestern wieder zurück hier angelanget, und durch mitgebrachtes Churfürstl. gnädigstes Rescript, er Herr Gesandte express befiehlt worden, dem Hochlöbl. Reichs-Convent zu hinterbringen, wie Seine Churfürstl. Gnaden ebenfalls allerdings vor höchst-nöthig hielten, das bisherig nun de nouo bezeugte gute comitalische Vertrauen zu continui- ren: Dann ob man wohl der Zeit keine förmliche Reichs-Schlüsse abfassen könnte, so würde doch nichts desto weniger durch vertrauliche Correspondenz, und gute Harmonie das Interesse publicum viel füglicher beobachtet, und selbigem gerathen werden können, wie denn nicht allein höchstbemeldt Ihro Churfürstliche Gnaden dero willige Assistenz contestiren lieffen; sondern auch er Herr Gesandte sich zu allen möglichsten Diensten offerirte. Und hat man nach der Hand unter andern Materien zu der beständigen Kayserl. Wahl-Capitulation zu Rath angesagt, auch starck daran gearbeitet, damit solche

H

noch

noch vor der Kayserl. Wahl fertig seyn und ihm vorgelegt werden könne. Et frequentes sane, legatorum, sed sine comitali forma, conventus in huius interregni historia sunt, & in iis multa maximi quoque momenti negotia expedita a). Nihilominus tamen ille consultandi modus statim Vicariis, & primum quidem Palatino displicuit. b) Propositum itaque est a Moguntino, vt redirent in collegia ordines, conclusa secundum maiorem partem facerent, haec electo Imperatori confirmanda offerrentur, ipse autem legatus Moguntinus schedulae conuocationis causas deliberandas infereret. Verum frustra id quidem tentatum est d. 12. Maii 1711. Nam Vicarii contendentes, finita comitia per mortem Imperatoris esse, nihilque sine noua ab iis facienda indictione, missoque Commissario agi valide posse, a Directorio Moguntino poscebant, vt illud apud nouum a Vicariis constituendum Commis-

sarium

a) vt Capitulationis perpetuae negotium. vid. Illustr. MOSERVS im Teutschen Staats-Recht To. VIII. p. 14. 15. Illustrissimus ZECHIVS in praefat. ad eruditissimam a se editam commentationem gegenwaertige Verfassung der

Kayserlichen Regierung in Teutschland §. 3.

b) d. 7. Maii. v. quem in huius interregni historia concinnanda duces praesertim secutus sum Ill. MOSERVM im Teutschen Staats-Recht To. VIII. p. 10.

sarium denuo se, vti dicunt, legitimaret, simulque operam dedere, vt Commissarii primarii vices, quibus sub IOSEPHO functus erat, Cardinalis LAMBERGIVS susciperet. Is, cum diu esset tergiuersatus, tandem imponi illam sibi dignitatem passus est. Sed tunc nouum impedimentum iniecit Electorum, Moguntini praesertim, Brandenburgici & Hannouerani, & multorum principum dissensus; quem vt amouerent, omnem Vicarii operam dedere. Et est quidem res eo deducta, vt & alii principes in partes transirent Vicariorum, & Moguntinus legato suo, d. 10. Octobris *a*) (electus autem CAROLVS VI. est d. 12. eiusd. mensis) mandaret, vt Commissarium literis credentialibus a Vicariis munitum agnosceret. At cum semper quidam ex potentioribus Principibus dissentirent *b*)

H 2 &

*a*) Equidem si Illustrem MOSERVM sequimur *l. c. To. VIII. p. 16.* scripta est haec Moguntini ad Legatum epistola d. 13. Octobr. & ita facta iam electione. Sed ipsum rescriptum extans apud LVNIGIVM *Teutsche Reichs Cantzley To. VII. p. 342.* habet d. 10. eius mensis; seruat tamen eundem cum MOSERO diem editio huius rescripti apud Auctorem spicilegii Obseruat. ad Capitulat. CA-

ROLI VI. p. 91.

*b*) vide Schreiben Churfürst 10. WILHELMS zu Pfaltz und Reichs-Vicarii an FRIEDRICH den 1. König in Preussen, wie auch mut. mutand. an Churfürst GEORGE LVDEWIG zu Braunschweig und Lüneburg, die Prorogation des Reichs Tages betreffend de d. 15. Octobr. 1711. apud LVNIG *c. l. p. 356. 357.*

& Lambergius Viennae admonitus *a)* aegritudinem, siue veram, siue fictam praetenderet *b)*: factum est, vt in hoc quoque interregno res euentu caruerit. Misit interim Palatinus Elector, vt, quantum posset, Vicariorum iura salua praestaret, non decretum solum Ratisbonam, placitum Imperii pro Principe de Nassau Siegen conclusum, ratum, vt id sit ab Imperatoribus, habens *c)*; sed vterque Vicariorum quoque Commissarios Principales in visitatione Camerae occupatos confirmavit iussitque, vt eam suo nomine continuarent *d)*.

**XIV. HISTORIA CONSILIORVM DE RESTITVENDIS IN INTERREGNIS COMITIIS POST MORTEM CAROLI VI.**

**ACCEDIMVS** ad interregnum morte CAROLI VI. enatum, quod turbulentissimum experta est Germania. Occidente cum CAROLO VI. mascula Austriae  
cae

*a)* vide Illustr. MOSERVM l. c. p. 17. 18.

*b)* v. tamen Schreiben Churfürst IO. WILHELMS zu Pfaltz als Reichs-Vicarii an Herrn IO. PHILIPP Cardinaln von LAM-

BERG die Continuation des Reichs-Tages betreffend de 20. Octobr. 1711. apud LVNIG. p. 357. 358.

*c)* v. Illustr. MOSERVM p. 17.

*d)* LVNIGS Reichs-Archiv. To. III. n. 229. 230. p. 356. 357.

cae domus prole, cuius splendor ac robur, Germaniae & decori semper & praesidio periculosis quoque temporibus fuerat; multum utique erat verendum, ne ipsa forma & constitutio nostra inde detrimentum caperet. Augebant metum bellum hinc ab Augustissimo Borufforum Rege, illinc a Bauaro Electore Austriacis terris illatum, & quod his, Bourbonicus semper Germaniae hostis, sese adiunxisset; commodissimam ratus occasionem, qua, quod animo semper fovet, Austriacae domui imperiale decus cum terris, maximam partem, Germaniae autem libertatem eripere posset. His malis itaque, adunatis ut obviam iretur viribus, cordatiores statim Legatis suis Ratisbonae adhuc congregatis, negotium dederunt, ut, si id possent, efficerent, eodem, quo id factum modo 1711. esse diximus, communia consilia ut caperentur. Conuocati igitur sunt Legati a Moguntino d. 15. Nouembr. 1740., conuenientesque in eo loco, qui audit *das Deputations Zimmer*, ipsum Legatum audierunt haec proponentem a): *Nachdem durch das so un-*

H 3

*vermu-*

a) Quae debeo scriptori clarissimi operis inscripti: *Geschichte des interregni nach Carl des VI. Tode*, To. I. p. 414. Ex quo illa

Ill. MOSERVS intulit *dem Teutschen Staats-Recht* T. VIII. p. 21, 22.

vermuthete, als hoechst betruebte Ableiben Weyl. Jhro Kayserl. Maj.  
 Carl des VI. glorvvuerdigsten Andenckens, das gesamte Heil. Roem.  
 Reich und das vverthe Teutsche Vaterland in einen solchen Verlust  
 und ungluecklichen Stand vertieffet worden, vvelcher dasselbe in  
 mehrern Jahrhunderten nicht betroffen: dahero auf hinlaengliche  
 Mittel und Wege zu gedencken, vwie diese allzuschvvehre Goettliche  
 Heimsuchung vvieder zu lindern, und alle etvva erfolgen koennende  
 Misshelligkeiten durch Zusammensetzung vvabrer patriotischer Ver-  
 staendnis abzuwenden; und dann in dem letztern Interregno, auf  
 besondern Chur'-Mayntzischen vvohlgemeinten Zuspruch, vor gut  
 und noethig angesehen worden, an Seiten Churfuersten und Staen-  
 den, vwie auch geschehen, fuer die allgemeine Wohlfarth, versamm-  
 let zu bleiben, sich in gutem Vertrauen getreulich zu unterstuetzen,  
 und in den schvvehren Vorfällen zu des Vaterlandes Besten zu  
 vereinigen, die jetzigen Zeiten und Weltlauffte auch, gestalten  
 Dingen nach, aufferst zu bedencken seyn, und die vormahlige Be-  
 vweg-Gruende mehr als zu viel in sich begreifen: Als haetten Jhro  
 Churfuerstl. Gn. ihme gnaedigst anbefohlen, saemmtlichen vortreffli-  
 chen Gesandschafften (vwie hiemit beschichet) zu declariren, vwie  
 hoechst Dieselben dafür hielten, vwie es hinvviederum nach sotha-  
 ner Maaß des vorigen Interregni zu nehmen vvaere, nicht zuwei-  
 felnd, es vvuerden Dero Herrn Reichs-Mit-Staende, gleiche Mey-  
 nungen mit ihnen hegen, dieselbe zum Besten des Publici darum mit  
 ersuchend, mit der Versicherung, das Höchst-Dieselbe es an ihren  
 Ertz-

Ertz-Cancellariat-Amt, nirgendswo gebrechen lassen werden. Gleichwie nun nicht zu zweifeln, es wuerden saemtliche vortreffl. Gesandtschafften bereits hierueber die Instruktionen erhalten habens. Als haette man zu belieben stellen wollen, ob nicht gefaellig, solche nunmehr zu eroeffnen, um sodann die gemeinsahme Abrede, wie vormahls, nehmen zu koennen. Dann wuerde zu ueberlegen seyn, ob und wie es mit der vor Jhro Kayserl. Maj. Glorvv. Andenckens anzulegenden Traur zu halten, und der modus von 1711. zum Fundament genommen werden wolle? Ferner wuerde zu resolviren seyn, wie es kuensftig mit denen Raths-Taegen zu halten, wvobey man Chur-Mayntzischer Gesandtschaffts-Seits sehr bedauerte, das man unpaeßlichkeit halber bey denen vorigen Tægen, besonders aber dem, nach Ableiben vveyland Jhro Kayserl. Maj. den 24. Oßobr. vorgevvesenen nicht selbst erscheinen koennen, um damahls bereits ein so anders diesert halben zu Einholung der benoethigten Instruktionen vorzutragen. *Conclusum autem plurimorum suffragiis est, vt non solum legati manerent congregati, sed diebus Lunae & Veneris consueto conuenirent loco. Abfuerunt autem ab eo conuentu legatus Saxonicus, Brandenburgicus & Palatinus, voto Coloniensi & Bauarico simul prospiciens, & finitis per mortem Imperatoris Comitiis nihil agi valide posse,* prote-



protestando, vti dicunt, plus vna vice declararunt. *a)* Quo ipsum consilium de continuandis comitiis tunc impeditum est. Et multa sane, vt felicem hoc euentum habere haud posset, efficiebant. Primum ipsi Vicarii, certe Bauarus in futurum Imperatorem eligendus, & Palatinus in Gallorum partes inclinans, ac cum his forte & alii ex potentioribus principibus, comitiales ordinum deliberationes metuebant. Ex quo apud ordines ipsos ea exoriebatur diffidentia, vt nihil salutare expectarent a Comitiiis. Habebant autem hi, qui comitia refugerent, caussas plures, quas praetexerent grauissimas. Vicarii congregationem auersabantur, quae sine eorum auctoritate conuocari posset; & difficile omnino erat, his inuitis aliquid efficere. De hoc ipso iure autem, quod Vicarii sibi vindicant, ambigebatur veniebatque in disceptationem, a quo praeter Saxonem, Commissarius ille a Vicariis mittendus, constituendus esset, siue a Baua-

*a)* Verba Ill. MOSERI c. l. p. 25. der Chur-Sächsische und Pfälzische Gesandte lieffen gleichfalls derer Herrn Vicariorum iura bey Chur-Maynz verwahren, denen dieser hinwiederum durch den Le-

gations - Secretarium das nöthige hinterbringen lassen. Wiewohl andere Berichte geben, der Chur-Bayer - und Pfälzische Gesandte habe dergleichen nicht gethan.

Bauaro, siue a Palatino? Conuenerant hi equidem inter se, & de iurium vicarialium exercitio transactionem inierant, sed renitente maxima Imperii parte, neganteque sine suo consensu legem aliquam fundamentalem, uti est Aureae Bullae de Vicaria potestate, a solo Saxone, & Palatino exercenda, transactione quorundam principum mutari posse. His itaque similibusque difficultatibus tollendis quamuis cordatiores per totum interregni tempus operam dederint; nihil tamen effici potuit. Electorum enim legati plerique ad eligendum nouum Imperatorem Francofurtum, & principum Offenbacum, ad celebrandam diaetam principum, se contulerunt. Agitata autem deinde est ea quaestio de comitiis in interregno in ipsis de Capitulatione consultationibus, insertusque huic clarus ille locus, cuius historiam & sensum in ipso huius opusculi limine exposuimus.

XV. ACTA PER INTERREGNUM NOVISSIMUM,  
DE INDICTIONE COMITIORVM.

SED haec noua sanctio non habuit tantam vim, vt, cum mors CAROLVM VII. e viuis eriperet, quae congregata iterum tunc erant, comitia auspicio Vicariorum continuarentur. Mortuo enim Imperatore statim propositum est, triplicem viam esse, qua coniunctio Imperii, inter tot turbas tantae necessitatis, possit obtineri: vnam comitiam, vt vi capitulationis, noua a Vicariis comitia conuocarentur; alteram extraordinariam, vt sine omni conuocatione conuenirent legati; vltimam denique, quae foederibus iniretur. In quo quidem consentiebant omnes, priori via incedendum ad Imperii salutem esse. Sed quominus illa calcaretur, a) effecit metus, ne indictionem Vicariorum refugerent principes, negantes, vt id superiori loco a nobis notatum est, illud ius Vicariis a solis tantum Electoribus tribui potuisse; deinde quod ipsa inter Bauarum & Palatinum de Vicariatu exercendo transactio nondum ab Imperio esset confirmata.

Quare

a) vide tamen *Memoires de nos jours* p. 48. 49.

Quare quamuis a quibusdam propositum esset, vt Vicariorum in comitiis auctoritatem, in hoc quidem interregno, salutis publicae causa agnoscerent principes, protocollo autem infereretur, ex bene placito, non vi iuris in Capitulatione constituti factum id esse; tamen id nec locum inuenit, nec ipsa indictio a Vicariis tentata est. Extraordinarii modi, quibus communicatis hinc inde consiliis, communia capi decreta possent, varii obuenerunt. Primum Moguntinus, vt in interregnis 1711. & 1740. factum est, legatos conuocauit (*die Ansage thun lassen*). Conuenerunt autem ex legatis principum non omnes; ex Electorum, quod hi nouam de continuandis non nisi Vicariorum auctoritate comitiis constitutionem vellent defendere, fere nemo. Deinde quibusdam placuit, vt sine omni comitali forma, ne consuetis quidem locis, non omnes legati, sed confidentiores solum conuenirent. Verum id ob varias causas reiectum est. Itaque nihil erat relictum, quam vt particulares inirentur confoederationes. Electa autem haec via, ceteris relictis, eo magis est; quod iam tunc spes illa esset enata, fore, vt saluti Germaniae facilius noui Imperatoris electione, quam tantis difficultatibus vexata comi-

tiorum conuocatione, prospiceretur; quam deinde auspiciatissima FRANCISCI I. Aug. in Imperatorem coronatio impleuit, immo superauit. Ceterum sapientissimi cuiusdam principis ecclesiastici rescriptum ad legatum comitalem, d. 23. Februar. 1745. de huius interregni rebus & ob dignitatem suam, & quod nondum editum sit, placet adiicere.

*Gleichwie aber nach unserm Begriff die Haupt-Fragen dermaßen auf eine etwelche formam Comitiorum, saltē auf eine Consultationem in Collegiis Electorum & Principum, und hiermit auf die Unterbrechung, oder einseitige Vermittelung deren Collegial-Diffidiorum, auf einige Befriedigung und mögliche Activität der Reichs-Vicariaten, auf Reinigung Teutschlands von fremden Gästen, demnach auf eine freye Käyserliche Wahl, auf die Vermittelung deren Zänckereyen, wegen deren Wahl-Capitulationum, endlich unter dem Vorwand der Neutralität auf eine feste Armatur zwischen Creysen und vertrauten Staenden anzukommen haben, also betrachten wir hierbey imo, dass indeme die Teutschen Geschichte das Ohnglück deren Interregnorum nur gar zu klar vorlegen, also 2do die Erfahrung eben also zeige, wohin und warum Teutschland in dem letztern Interregno dessenthalben verfallen seye, nemlich weilē wegen ohnausgemachter Verfassung der Zeiten der Interregnorum, in welchen das Amt deren Vicariorum nicht ausgemachet, die forma Comitiorum, oder deren Collegial-Verfassungen nicht eingefuehret,*

*das*

das Reichs-Verweser-Amt bis anhero ratione Potestatis aut Exercitii Majestatis deutlich und verbindlich nicht vorgehen, und noch weniger ist gangbar gewesen, dass eben daher der offenbare Contemptus Legum, und die willkuehrliche Absonderung- oder Zufahrungen, die offenbare Pacifragia, und zwar unseres Ermessens solcher gestalten das gegenwaertig gemeine Uebel vorgefallen seyn, dass unsere sonst von so vielen Jahren hundert glorreiche Teutsche Nation wohl niemahlen, wie dermahlen, mag mishandelt worden seyn, und in so tieffer Verachtung und Gefahr nie mag versencket gewesen seyn, ohnangesehen Wir uns wohl erinnern, dass es gleich nach dem Hinscheiden Kayfers Carl des VI. redliche Patrioten gegeben habe, welche alsbalden den Standt samt der Vermittelung nebst der laidigen Folge der Sachen und sonsten das rathsame treubertzig erinnernet hätten; alldieweil eben darumben ztio zu geschwinder Vermittelung solcher Ohngluecks-Faellen, und sonderlich jener, in welchen noch keine clare Gesaetze oder ein sicherer Herkommens-Fuess vorhanden ist, entweder einmuetbig, oder durch die mehrere getreue Staende obneinstellig und aufrichtig wird zu Werck zu treten seyn, umb nach dem innerlichen Betracht der obnausgemachter Reichs-Form stante tempore Interregnorum ueber jene Mittele sich zu vergleichen, durch welche zu einer geschwinden und gluecklicheren Einrichtung oder Vorsehung deren abgaengigen zwey Haupt-Puncten, das ist: einer formae, oder hac deficiente eines zu vergleichenden modi Comitiorum sive procedendi per collegia bald moeglich zu gelangen; andertens welche Mittel-Wege wegen einweiliger



zielsetzlicher Vergleichung *super officio & Exercitio* deren *Vicariatuum* wohl sorgsam, und zwar hauptsachlich *super modo rerum agendarum* wohl bedaechtlich moegen an die Hand zu nehmen seyn. Es ist *ad primum* eine offenbahr bekandte Sache, was die Fruechte des *Interregni magni* gewesen seyn, deme das gegenwaertige *Interregnum* zwar nicht in denen Jahren, jedoch wegen der gemeinen Gefahr und wuercklichen Thaetigkeiten nicht mag viel ohngleich seyn, und wie jenen, welche auch nur ein wenig in denen Reichs-Grund-Gesaetzen bewanderet seynd, und in solchen Mass-Regeln nur ein wenig nachdencken moegen, die Ursachen sehr leichtlich beygeben werden, aus welchen das arme Teutschland bey allen *Interregnis* in so vielfaeltig gefaehrliche Ohnordnungen hat verfallen muessen, auch gemeiniglich verfallen seye, nemlich weilen die gueltene Bull zwar eine Reichs-Verwesung, aber nicht ausfuehrlich vorschreibet, womit bey jeden Faellen die Reichs-Verwesere in neue *Principia*, Hobeit- und Herrsch-Begierden moegen seyn versuehret worden, welche sie dem uebrigen Reich aufzubuerden nicht vermoeget, herentgegen von denen Reichs-Staenden zu jenen Zeiten, da kein Oberhaupt, und Obrister Richter in dem Reich ist, das wiedrige sich auch nicht haben wollen vorschreiben, noch gegen ihre Vorbildungen haben wollen bestricken lassen, daher dann, wie es gemeiniglich in *Communitaeten* herzugehen pflaget, erfolget ist; dass ein und der andere Theil seine Anhaengere gefunden, mithin das arme Teutschland in *partes*, & *studia Partium* alsbalden zerronnen ist, mithin Reichs-Verwesere gehabt, und nicht gehabt hat, und zwar mit

mit dem bedauerlichen Ohnglück, das eben dessenthalben alle Vereinigung deren Reichs-Ständen ins besondere also gleichmässig auch die Zusammensicht deren höhern Reichs-Collegiorum jedes mahlen hat entfallen müssen, so fort alle Mittel entgangen seynd, denen schweren Vorfällenheiten gründlich vorzusehen, und sociatis animis & viribus dem auffallen, dem gemeinen Uebel, denen Missverständnissen, deren Ständen und deren Rätthen, dem diuide & impera, in einige VVege gründlich steuern und helffen zu können, da doch selbst die Etymologia Nominis das Reich verweset, erkläret, und die entweder verwittwete Maiestas Imperii, oder das verweste, das ist seines Haupts beraubte Reich, oder vielmehr dessen viele ihres Haufs-Vaters und Vorstehers verlustigte Stände und Gliedere des grossen Reichs und dessen veralteten Staats-Corpers die Verwesung, welche verwittweten zu geben, natürlichen und gemeinen Rechtens ist, deutlich supponiret und diesen Verfall in der goldenen Bull, obwohlen sehr dunckel und ohnausgeführter, vorschreibet, also nicht nur den betrübtten Zustand der verwittweten Maiestät, sondern auch jenen des verwäisten Teutschen Reichs per Provisores, in quasi officio Curatorum aut Tutorum, welche in solchen Fällen rebus & personis nothwendig seynd, hat vorsehen wollen. Und dieses ist der wah-



re und eigentliche Grund der Reichs-Verwaisung, und der Reichs-Verwesung. Nun bestehet derselbe weithers und dergleichen in deme, das in der That denen Herren Vicariis die Vorsehung in der Verwesungs-Zeit aufgetragen, zum Theil auch von denenselben ausgeübet worden seyn, nachdeme aber dieselbe nach und nach dem Reich, in quod Maiestas Imperii recidit, ohngewöhnliche Dinge priuata autoritate aufzuwerffen vermeinet, und sonderlich in denen jüngern Zeiten gegen das clare Herkommen aller voriger Zeiten hefftig dahin getrachtet haben, das auch die Maiestas siue Maiestatica Potestas in ihnen haffte, die gemeine Reichs-Satz- und Verfassungen aber so gar viuente Imperatore die Maiestatem Imperii & quidem legibus circumscriptam ab Imperio & per Imperium in die Persohn des erwehlten und anerkannten Kayfers jedesmahlen, und in allen Vorkommenheiten und Ausfertigungen ausdrücklich, wie der non interruptus stylus Caesareus, in unsern und des Heil. Reichs Nahmen abgeflossen ist, also das gemeine Reich mit offenen Recht zu behaupten hat, das ipsa Maiestas Imperii, omnesque & singuli eiusdem effectus, extincto Imperatore, qua Capite Imperii, auf dasselbe zurück falle, herentgegen nulla lege bishero zu erweisen seyn mag, das die Maiestas Imperii post Imperatorem

ratores siue per modum electionis siue transactionis in die Vicarios effectiue ver- und gesetzet worden seyn, ja die goldene Bull hiervon nicht nur stillschweiget, sondern ziemlich deutlich das Widerspiel zu erkennen giebet, indem dieselbe mit trockenen Worten die facta Vicariorum der kuenfftigen Kayserl. Majestät Confirmation unterwirffet; So ist und bleibet vvhahr, das keine eigentliche Maass-Reglen, vvhohl aber das offenbare Widerspiel hierueber, und hinwieder vorhanden seyn, vvoraus dann jedesmahl erfolgt ist, das tempore Interregnerum fast in nichts eine Ordnung gewesen, also auch gegenvvaertig keine seyn koenne; es sey dann, man erfinde und nehme die oben belobte Mittel-Weege pro praesenti, oder gemeinlich, oder durch die mehrere gute Patrioten zur Hand, vvorvon in beyden folgenden Punctis Wir unsere Meinung vweiter und besonders circa modum rerum agendarum zu eroeffnen gedencken, und es seye dann, das man sich indessen vereinige, auf das ohne Praejuditz des Archi-Cancellariatus & Vicariatuum eine quasi forma Imperii, ohne Praejuditz des Reichs, und dessen hoehere Staenden ohne Praejuditz der Teutschen Rechten und der Billigkeit und Ordnung, das Exercitium rerum Majestaticarum aber in etwelches Ziel und Maass saltem pro hac vice verglichen vverde, also ipsa Majestas Imperii in ihrer sehr zaertlich anzusehen und zu halten seyender Cumulativer Ordnung vertreiken koenne. Was nun den hieroben beregten sehr betrachtlichen Punct der Confirmationis factorum Vicariatuum betrifft, da ist in denen Reichs-Geschichten vielsaelrig leicht zu erfinden, des Herrn Ertz-Cantzlers Lbd. aber doerf-

K

fen

fen nur die Acta nach der Leopoldinischen, und jene nach der Wahl  
 CARL VI. sowohl in denen Conferentz - Gutachten, als jenen des  
 Reichs - Hof - Raths zu Wien als ueber offenbar zu dem Reich und  
 dessen wahrer Wohlfarth gehoerigen Schriften samt jenen, vvelche  
 in ihren Reichs - Directorial - Actis auch Priuat - Correspondentzen  
 obzweiffentlich müssen vorhanden seyn, sorgsam ausschlagen und  
 nachsehen lassen; So wird sich finden, vvarumben, wie, und das  
 auch vorhin ratione Exercitii Reseruatorum Majestaticorum per Vi-  
 carios wegen der Confirmationum Caesarearum in diesen als der  
 Kayserl. und des Reichs Hoch- und Gewohnheit vviedrigen Sachen  
 nichts seyn uebergangen worden, sondern das die neue Kayser die-  
 se Confirmation jedesmahl beeiffert, theils ertheilet, theils nicht er-  
 theilet haben, vvas aber hier und dar jedannoch von Vicariatus  
 hat vviedig vorgenommen werden vvollen, all solches von denen  
 erwählten Kayseren jedesmahl seye verrichtet worden, und dieses  
 vviird sich Reichs - Acten - maessig befinden, hierdurch aber unser Da-  
 fuerhalten bestaercket, das per & sub CAROLO IV. nec consen-  
 tientes pro ferendis Legibus, nec Legislator ipse die Meinung gewiss-  
 lich nicht gehabt haben, vveder stante Throni vacantia das Heilige  
 Reich seiner Majestaet und Hoheit zu berauben, noch in die Reichs-  
 Verwesere die Caesaream Majestatem, ejusque exercitium solita-  
 rie zu versehen, indeme letztern Falls die Confirmatio actuum Vi-  
 cariatu nicht nur vvuerde unnoethig, sondern vielmehr in der That  
 obngruendlich, und allerdings ohnfoermlich und ohnschicklich ge-  
 wesen seyn. Wie unterschiedlich es hier zu Landen wegen Ausue-  
 bung

bung deren Vicariaten sey gehalten worden, das zeigt gegenwärtige Beilage No. I. Nicht weniger ist offenbar, woran sich bey dem letzteren Interregno alles gestossen habe, indeme bestehend, das Vicarii propria autoritate cum exclusione Archi-Cancellariatus haben auf gemeinen Reichs-Tag fast eadem Lege & autoritate, vti Caesares, gegen das offenbare, oder wenigstens obngewöhnliche Reichs-Herkommen verfahren, Archi-Cancellarius vero diesen nicht habe unterstehen noch in imperturbabili suo Directorio sich habe eingreifen lassen wollen, in sich aber beyderseits möge nicht gantz gruendlich zu weith seyn gedacht und gegangen worden, deme dann fort unglueckselig aufgefallen ist, das jedannoch die Vicarii einen allgemeinen Reichs-Tag, nicht allein sua autoritate privata gegen deren Staenden willen zu erstrecken, sondern denselben neu haben belebendigen, also auch die Wuerckung der Kayserlichen Concommission ex se auszuüben sich haben einfallen lassen, obwohlen diese Neuerung kein Exempel vor sich hat, und in der That solche Dinge absque Consensu Imperii ohnmöglich koennen aufgevorfen und dem gantzen Reich aufgedrungen werden, daher dann, wie gemeinwiffend ist, alles sich zergliedert und das Bedaurungs-wuerdige Vaterland sich ohne aller Verwefung, ohne allen Vorstand, und auffer aller Ordnung gefunden, und eben daher seinen gegenwärtigen Verfall, Zergliederung, auslaendisch und einheimische Verachtung in der allerhoechsten Gefahr, und fast vollkommener Zerruettung von dem letztern Interregno bedauerlich und besorglich ohnbeylbar zu empfinden gehabt hat. Wie nun bey dieser wahren und grundsamen Be-

fenheit der Sachen nichts als schaedliche Ohnordnung ist vermercket worden, ja so gar das gemeine Ohnglueck *ad publica Pacifragia, scandala & incommoda*, & *externas Invasiones* ausgeschlagen ist, das Ertz-Cancellariat aber so wohl, als die Reichs-Vicariaten nichts anderes dabey errungen zu haben wissen koennen, als das sie sich beyderseits aus ihren gewoehnlich und ohngewoehnlichen Amts-Uebungen und aus allen Rechten samt dem Exercitio ihrer Aemter und Vorzueglichkeiten theils selbst gesetzet haben, theils *de facto & in facto* seynd gesetzet worden. Also vermoegen wir diese vielerley häckle Sache zum Beschluss anderst nicht einzusehen oder fuer dieselbe eine andere Betrachtung saltem *pro hac vice & interimistice* abzusehen, als das das Ertz-Cancellariat die Reichs-Vicariaten, and das gemeine Vaterland bey rechten Nachdencken selbst finden moegten, vorinnen dann dermahlen *ex his praemissis* das gemeine Heyl, ja eine zulaenglichere Behaupt- und Beglueckseliguug ihrer hohen Aemteren und Vorzueglichkeiten dermahlen besser moege zu suchen und zu erfinden seyn, mithin das gemeine Vaterland denen selben, und Sie sich selbst den Danck haben moegten, *officiorum seruitiis Patriae ac sibi feliciter consuluisse, prospexisse.*

## XVI. HABENDORVM COMITIORVM FORMA STRICTIM EXPONITVR.

EXPLICATIS his, quae de continuandis per interregna comitiis agitata sunt, consequens est, ut, quo tandem apto satis modo, quod praecipue in quaestionem venit, habenda haec Comitia sint, doceamus. Hic primum illud non obscurum est; quia vtraque Comitia & quae viuo celebrantur Imperatore, & quae post eius mortem conuocanda esse diximus, eundem finem habent, iurium nimirum maiestaticorum exercitium; formam quoque vtrorumque ad eum obtinendum aptam esse debere. Cuius generis, an relicta ordinaria, excogitari possit alia, vehementer dubito. Quare, ut totum interregnum, ad regnum; ita Comitia eo tempore celebranda, quantum fieri potest, ad eorum formam, quae viuo aguntur Imperatore, ordinanda sunt. Eum enim consultandi & decernendi modum, quem conditores Imperii optimum iudicarunt, cur improbarent mortuo Imperatore? Quominus tamen plane eadem in iis forma obtineat, ipsa interregni natura prohibet. Quae differentiae, inter vtraque intercedentes, ut penitus intel-

ligantur, varias illas Comitialis formae partes, ad duo capita reuocabimus, quorum alterum ad imperiale munus, alterum ad ordinum consultationes pertineat. Comitiale Imperatoris munus duplicis iterum generis est, vnum quasi *rectorium* a), h. e. quod Imperatori ob dignitatem quidem suam tributum est, eo tamen potissimum consilio, vt ordinate omnia gerantur, quodque ideo etiam sine summa potestate exerceri potest; alterum maiestaticum, h. e. maiestati ita iunctum, vt sine ea exerceri non possit. Horum posterius Vicariis in Interregno tribui non potest, quod maiestate carent; prius ob vicariatus prouisionisque Imperii generalem formulam, recte a Vicariis in Comitibus administratur b). Deinde circa ordinum quoque consultationes distinctio adhibenda est. In omni enim populi vel procerum conuentu, quaedam ordinis solum caussa pro arbitrio constituuntur; reliqua ex necessitate iuris, quod id priuilegium certae personae,

a) Placuit haec denominatio Reuerendissimo Bambergensi Episcopo vid. *Geschichte des Interregni To. I. p. 428.* qui munus Imperatoris *Maiestaticum*, Vicariorum *rectorium* dicit. Contra apud Illustrum MOSERVM, *Teutsches*

*Staats-Recht To. VIII. p. 31. rectoria*, Caesaris, *directoria* Vicariorum potestas audit.

b) v. Illustris viri C. G. BVDE-RI, *plenas amoenissimae doctrinae iuris publici amoenitates p. 108. 109.*

sonae, aut ordini tributum fit, saluaque si in interregno reip. forma esse debeat, tum haec aliter ordinari non possint. Illa, volentibus id plurimis in Comitibus per interregna habendis, aliter, quam antea, constitui possunt; haec quod ex necessitate ita sint, mutationem aliquam non admittunt. Eadem nostrorum Comitiorum ratio est; nisi quod tota exercendae maiestatis forma, cuius gratia Comitiae conuocantur, non arbitrariis apud nos constitutionibus, sed legibus *Pachts- und Gedingsweise* conditis, *a)* & illo, nostrae libertatis palladio, Pace nitatur Westphalica. Ex quo id efficitur, vt, quae illarum beneficio statuta, & personis ordinibusque quibusdam concessa sunt, non eo, quo leges abrogantur, modo aboleri possint, sed hinc ius nonnullis oriatur quaesitum, quod eripi illis, neque per maioris quidem partis voluntatem, potest. Huius generis est illud ius singularis collegii, Electoribus tributum, illa principum eminentia, qua vnus principis voluntas tantum potest, quam scanni Comitum coniuncta opinio & quae sunt similia. Quae omnia in nullo de salute

*a)* de hac legum nostrarum natura vide D. H. KEMMERICH *Introl. in Ius Publ. L. II. cap. I. §. 2. p. 300. Vol. I.*



lute publica instituto conuentu saluo iure aliter ordinari possunt. Sed horum principiorum, ordinis potissimum caussa vno tenore expositorum, & sensus & veritas, per partes eundo facilius, credo, perspicietur.

**XVII. DE INDICTIONE COMITIORVM. EAM AD VICARIOS PERTINERE ARGVMENTIS EX INDOLE VICARIAE POTESTATIS DESVMTIS PROBATVR. DE OBSERVANTIA.**

PARS Caesarei in comitiis ordinandis muneris prima est indictio Comitiorum. Haec igitur ad Vicarios an pertineat, primo statim loco, & praecipua cum cura videndum est; tum quod nulla magis quaestio per interregna agitata sit, tum quod tota haec nostra dissertatio eo imprimis tendat, vt concessam Vicariis nouissima capitulatione comitiorum indictmentem defendamus. Equidem vt Vicariis indicendorum comitiorum potestatem tribuamus, sola salus suadere Imperii poterat, quae per periculosa interregnum tempora sine comitiis saepe obtineri non potest (§. XI). Illud autem expectandum non est,

vt

vt in hac indictionem vnquam consentiant Vicarii, nisi iis facultate hac concessa, aut nolentibus his renitentibusque, ipsa haberi comitia possint. a) Sed haec quoniam constituendi magis iuris rationes sunt, quam constituti, minus ad rem nostram pertinent. Nobis enim id vel maxime probandum est, illam conuocandi facultatem, quam vnicuique reipubl. in interregno asseruimus, (§. X.) apud nos quidem ita in Vicarios translata esse, vt, si comitia hi indicant, ordinibus omnibus comparandi necessitatem imponant. Huius autem rei argumentum ipsa Vicariae apud nos potestatis natura subministrat. Proreges enim nostri partes Caesarei muneris administratoria ratione ex delata sibi potestate exercere omnes eas possunt, quas vel lex & obseruantia, vel ipsa iis tribuit negotiorum natura; quando haec vel ad publicam seruandam tranquillitatem spectant, vel moram aliquam non patiuntur. (§. VIII.) Huc autem pertinet indictio comitorum. Primum enim, quamuis publicorum conuentuum convocatio soleat coniuncta esse cum maiestate, eius tamen naturae est, vt a magistratu

L

etiam

a) Quod argumentum potissimum vrget auctor prudentissimae consultationis apud Ill. MOSE-

RVM Staats-Recht To. VIII. p. 31.

etiam possit exerceri, h. e. vt Vicarii ob id, quod maiestate carent, ab hac facultate non excludantur. Deinde obseruatum quoque a nobis est, tranquillitatem Imperii eiusque salutem saepe conuocationem Imperii per interregna flagitare; totumque adeo hoc negotium ex eorum genere esse, quae ob hoc ipsum, quod ad seruandam pacem, & ad expeditionem earum rerum pertinent, quae moram nullam patiuntur, ad prouisionem Imperii referri debent. Nam si prouidere debent Imperio Vicarii, ipsa autem prouisio sine conuocatione ordinum peragi saepe nequit, dicendum utique est, conditores A. B. hanc quoque iis facultatem concessisse <sup>a)</sup>. Quomodo enim, qui finem aliquem intendit, media ad obtinendum eum necessaria is nolle potest? Itaque conuocationem Imperii recte sub rectorio Caesaris in comitiis munerere comprehendimus, & huius exercitium Vicariis tribuimus. Illud, fateor, difficilius est, vt ostendatur, eam legem antiquitus apud hos seruata, comitiaque a Vicariis conuocata esse. A cuius generis exemplis conquirendis deterrere nos tum iuuenilis nostra

a) V. C. G. BVDERI Viri illustris *Amoenitates Iuris Publ.* p. 108.

fra aetas poterat, & academicorum studiorum in ponendis scientiarum rudimentis occupata ratio, quae lectioni veterum coaeuorumque scriptorum vix aliquid temporis relinquit; tum imprimis magnorum utique virorum in hac causa versantium, vestigia. Quamuis enim satis, ut solet, confidenter IO. PETERVS DE LVDEWIG a) asserat, antiquis temporibus praecipuam Vicariorum potestatem in comitiis conspicuam fuisse, tamen, quo id probet, nil adducit, nec ipse vult fortasse, ut aliis comitiis, quam quae de eligendo nouo rege instituebantur, alique adplicetur tempori, quam quo secundum eius b) satis improbabilem sententiam c) Palatini & Mareschalli munere, tota Vicaria absoluebatur potestas. Quin IO. BALTH. L. B. de WERNHER d), M. H. GRIBNERVS e), & IO. CAR. SPENERVS f), qui Vicariorum iura omnibus viribus propugnant, largiri haud dubitant, obseruantiam causae suae firmamentum non ad-

L 2

iun-

a) ad *A. B. Tit. V. §. 1. p. 518. 535. Vol. 1.*

b) *cit. loc. p. 515.*

c) v. Illustrissimi & Excellentissimi MVNCHHVSI Comment. de Vicariatu Italico cap. 1. §. 8. GRIBNER de terris iuris Saxonicis §. 2. seq. Opusc. To. II. p. 138.

d) de Iuribus Vicariorum in *A. B. non expressis §. 37. p. 26.*

e) de Iuribus Vicariorum, quae perperam in dubium vocantur §. 27. Opusc. To. II. p. 42.

f) *Teutsches Ius Publicum To. VI. p. 63.*

iungere; vrgentes ideo, quod exempla non occurrant, minime illico denegandum esse Prouisoribus Imperii ius indicendi comitia. In quo quidem satis recte illi; militat enim pro Vicariis ipsius negotii natura, quae ea est, vt a Vicaria potestate ista facultas eximi vix possit. Negantes itaque contrariam aliquam probare obseruantiam debent; non autem, quia nondum extitere in interregnis comitia, concludere; si extiterint, tunc indictionem Vicariis tribuendam non esse. Iam vero quo maius in iure nostro publico situm in obseruantia praesidium est, a) eo maiorem operam dedimus, vt quaedam pro Vicariorum causa exempla satis firma exquireremus. Nec prorsus in ea re infelices fuimus, nisi quod quae reperta sunt, ad absentiam Imperatoris pertineant. Sed haec quoque magni iudicauimus in hac causa ponderis esse. Nam cum maior, fatentibus omnibus, potestas Vicariorum in Interregno sit, quam Imperatore absente, non inepta videtur consecutio: Vicarios, qui viuentem Caesare conuocarunt comitia, multo magis eo mortuo id posse. Vt vsum tace-

am,

a) Quod argumentum ad hanc causam rectissime transfert illu-

stris BYDERVS *Amoenitat. Iuris Publ. p. 109.*

am, quem haec exempla, si casus absentiae iterum forte existeret, praeberent. Quare, non superuacaneum, speramus, laborem in his diligenter recensendis poni.

XVIII. HISTORIA COMITIORVM A VICARIIS  
INDICTORVM. MATHILDIS ABBATISSA QVED-  
LINBURGENSIS VICARIA IMPERII A. 998.  
ET 999. COMITIA CONVOCAT.

PRIMUM Comitiorum, a Vicariis habitorum, quod ego quidem reperire potui, exemplum, sub Ottone III. occurrit. Is enim cum a. 997. ut Romanorum senatam purgaret, Italiam perrexit, summa rerum Dominae Mathildae amicae suae Quedlinburgensi Abbatisae delegata est a); quae conuocato Imperii senatu solennia Dornburgi b) A. 998. Comitiam habuit, in quibus

L 3

quid-

a) ANNALISTA HILDESHEIMENSIS ad h. a. p. 730.

b) de situ huius Dornburg disputant FABRICIUS Origg. Saaxon. fol. 227. BECKMANN Histor. Anhaltin. P. III, L. II. c. VI. p. 243. LEVCKFELD in Antiquitat. Halberstad. ad ann. 971. p. 247. & Reuerendissimus Abbas GODOFREDVS in Chronic. Gott-

wicens. To. Prodrum. P. II. L. III. c. 1. p. 512. vide, cui hanc de Comitiam, auspiciis Mathildinis habitis, obseruationem debeo, CHRIST. GOTTL. SCHWARZII V. C. doctissimam de Mathilde Abbatisa Quedlinburgensi aliquando Vicaria Imperii, 1736. editam dissertationem §. 13: p. 69.

quicquid inter principes litigiosum, prudenter composuit a). Sequenti anno, iterum Mathildinis auspiciis conuenit Imperium, quorum comitiorum historiam malo clarissimi SCHWARZII, quam meis verbis, enarrare: *Sed & alia, inquit, Comititia conuocauerat eadem Mathildis, quae ad annum 999. commemorauere auctor CHRONICI QVEDLINBURGENSIS b), CHRONOGRAPHVS SAXO c) & ANNALISTA SAXO d) qui omnes sua ex iisdem fontibus hausisse videntur: Nouissimis, inquit, temporibus suis Mathildis, colloquio apud Magdeburgh habito conuentu episcoporum cum Duce Bernhardo Comitum ac totius senatus plebisque concursu, confluentibus ibidem omni ex natione legatis, vndique vallata: difficile relatu est, qualis fuerit, quam irreprehensibilem se exhibuerit, quam mira discretione sua cuique tribuerit, quanta veneratione praesulum personas prae ceteris honorauerit, quanta sollertia optimates & iudices, aliosque, quorum id curae relinquitur, pro consolidanda republica, pro priuatis etiam vsibus confirmandis monuerit, quanta lenitate permulserit pios, quanta districtione reos terruerit, quantaque industria patriam conseruauerit, adiuuerit & auxerit.*

a) DITHMARVS L. IV. p. 356,

b) p. 284.

c) p. 299.

d) p. 369.

rit. DITHMARVS itidem meminit a) solennis principum conuentus a Mathilde conuocati Magdeburgum: qui an idem prorsus fuerit, quem modo memorauimus, an alius alio tempore institutus, fere haestes; id tamen certum est, fuisse vltimum conuentum ab eadem Abbatissa conuocatum. Nimirum eo ipso tempore, quo habita sunt comitia Dornburgensia, de quibus paullo ante egimus, res interea accidit, qua vniuersum imperium turbari potuisset. Wirinharius Walbeccanae propaginis erat Lotharii principis filius, iuuenis aetate florente, & animi fortitudine, insignis. Huic olim Eccardus, Marchio, Luitgardam filiam, praestanti forma, & lectissimis moribus virginem, vxorem promiserat; sed tradere, incertum qua de causa, cunctatus erat. Iuuenis morae impatiens, cum virgine, quae Quedlinburgi educabatur, aliter potiri non posset, eam, interea temporis, dum Senatus Regni habebatur Dornburgi, auxilio quorundam aequalium raptam deduxit Walbeccam. Ingens haec contumelia visa, & publica poena vindicanda; nec dubium est, quin certam belli occasionem asferre potuisset, vt recuperaretur virgo rapta, scelusque patratum grauiter puniretur. Contra quae tamen non minus Wirinharius se parabat, pellectis

in

a) L. IV. p. 356.



in suam sententiam non paucis, qui veluti communem causam coniunctis viribus defendendam iudicarent. Quid faceret Vicaria Imperatoris absentis, Mathildis, hoc casu maiorem in modum percussa? Rem referebat ad primates & seniores principes, qui consulenti Abbatissae suadebant, ut conuentum Principum euocaret Magdeburgum, in quo rei vel praesentes responderent de ausibus suis, raptamque restituerent virginem, vel, si desererent vadimonium, absentes condemnarentur. Dictum, factum. Cum enim, interim senioribus quibusdam Principibus, partem viramque hortantibus, ne nuptiales taedas luctu exitiisque ferro commutarent, in frequenti Principum confessu sese rei stitissent supplices, res transacta, puella Mathildi restituta, & venia demisse petentibus data est, magnusque funesti belli metus sublatus. Quae omnia, loco citato, enarrat DITHMARVS, cuius haec sunt ea de re verba extrema: Consulenti tunc de talibus primates Abbatissae, dictum est ab his, quod sibi videretur optimum, in Magdeburg fieri conuentum. - - Confluente maxima illuc multitudine, Werinbarius, cum suis cooperantibus, nudis peruoluitur pedibus; sponsam reddit; veniam de commissis sibi suisque, auxilio Principum, promissa emendatione, promeruit. Sed venerabilis

rabilis in omnibus MATHILDIS finito colloquio, Luiderdam secum duxit, non pro retentione, sed pro amoris magni confirmatione. Haec SCHWARZIVS.

XVIII. IOHANNES REX BOHEMIAE VICARIUS IMPERII A. 1313. COMITIA CONVOCAT.

HENRICO VII. Italica expeditione occupato, munus Caesareum vicaria ratione a IOHANNE, Bohemiae rege, administratum est. Is solennia habuit comitia a), cuius rei testis est FRANCISCVS quidam, ineditus auctor, a BALBINO adductus. Ipsa placet proferre BALBINI b) verba: *Annus 1313. Regem Ioannem multis sed valde honoratis implicuit negotiis. Franciscum audiamus: c) in Festo Epiphaniae Domini Ioannes Rex Bohemiae, quia erat Vicarius Generalis S. Rom. Imperii per Germaniam curiam solemnem, (comitia intellige) Noribergae celebravit, in qua fere omnes principes &*

M

comi-

a) V. E. MAVRITIVM de Recess. Imp. §. XV. Op. p. 140. Illustris BVDERI Amoenitat. Iuris Publ. p. 111. Illustris & eruditissimi Viti IO. IAC. SCHMAVSSII plenissimam bonae frugis historiam Germanicam Per. VII, §. 13. p. m. 269. IO. PAVL. de GVNDLING Geschichte Heinrich des VII. S. II.

§. 10. p. 234.

b) Epitom. rer. Bohem. L. III. c. XVII. p. 319.

c) In Chron. MS. Tr. 2. c. 27. quantum scimus, nondum edito. Idem forte est cum eo, ad quod GVNDLINGIVS prouocat, & quod in Bibliotheca ad S. Elisabetham Vratislaviae asservari ait.

comites Germaniae adfuerunt ; venerabilis quoque Pater, Dominus Ioannes Episcopus Pragensis fuit specialiter ad hoc rogatus, & transiit cum magna & solenni militia, ingentique honore cum rege, & ibidem regi fecit magnum honorem & Baronibus Bohemiae multiplicem consolationem. Haec ad verbum, qui aderat, Franciscus Pragensis Canonicus. Causa agendorum comitorum fuit: Auxilia Henrico Imperatori, patri, in Italia pugnanti & multas vrbes Imperio adiungenti, a Principibus impetrare, quae etiam missa eo ipso anno fuerunt.

XX. RVPERTVS PALATINVS WENCESLAI TEM-  
PORE COMITIA AN CONVOCAVERIT?

NVLLVM magis exemplum, etfi suis non careat difficultatibus, assertores causae Vicariorum *a)* premunt, quam illud RVPERTI Palatini, quem dicunt WENCESLAI tempore Imperium conuocasse. Illud quidem certum est, detento a Bohemis WENCESLAO, Electores Principesque nonnullos conuenisse; ipsumque RVPERTVM Palatinum Vicariam potestatem ad-  
mini-

*a)* SPENERI *Ius Publicum IV B. IX. cap. p. 63. Vol. 17.*

ministrasse. Docent hoc literae, quibus susceptam hanc indicat prouinciam his verbis: a) *Als ihr wohl verhöret hant, wie dafs unser Herre der Römische König Wentzelaus von etlichen Landherrn in Böhmen bekummert solt syn, und er syn selbs nicht mächtig wäre, dorumb sint die Ehrwürdigen in Gott Vatter und Herrn, Herr Conrad zu Mentze, Herr Woernher zu Trier Ertzbischoffe, und des Ertzbischoffs zu Cöln Rath mit seyner Gewalt, unser Mit Churfürsten und auch wir, und viel andere Fürsten, Graffen, Herrn und Stätte die zum Rych gehören by einander zu Franckfurd gewest - - - Und dieweil leider unser Herr der König also gefangen ist, so sin wir Ober Churfürsten übernommen um daff dafs Rich nit wärloss und in summenisse stee, daff unser iglicher von dess Richs desto flißlicher dorzu sehen und gewarten solle sins Rechten zu gebruchen und zu üben, als yme zugehört, von syns Rechten wegen an dem Rych, und wir als ein Pfaltz - Grafc by Ryn von unsers Kurfürstenthums und Würdigkeit wegen, nachdem es leider zu dieser Zyt umb unsern Herrn den König und daff Rich gestalt ist, sollen ein Vicarius und Für-*

M 2

seher

a) Exstant apud varios auctores, ex quibus vnum sufficit excipisse TOLNERVM Cod. Diplom. Palatin. 187. p. 133.

seher des Ruchs sin, als auch dass unsere Altvordern Pfaltzgraffe by Rin, Kurfürsten des Ruchs gebracht und off uns bracht han, so sin wir mit unsern Mitkurfürsten auch also davon gescheiden. Idem ex aliis quoque eiusdem RVPERTI literis a) patet ad ciuitates Imperii a. 1394. datis, in quibus sic ille: Wann wir itzund, di wile unser Herr der Römische König leider gefangen ist, an sin stad Vicarius des Ruchs sin sollen, und sin von Rechtswegen, auch itzund zu Franckford mit andern unsern Mit-Churfürsten davon gescheiden sin des Ruchs - Sachen zu handeln als ein Vicarius, biss dass unser Herr der Römische König ledig un sin selbs wollmächtig wird &c. Sed an ex his omnibus, pro indictione Comitiorum a Vicariis facienda, colligi aliquid possit, merito haesites. Primum conuocationem a RVPERTO factam esse, aut hunc partes Caesarei muneris in hoc ipso conuentu administrasse, omnino non memoratur, sed ipse RVPERTVS, nunc demum finito conuentu, curare, vt Vicarium, res Imperii incipere se velle, dicit. Deinde & illud quaeri potest, mereaturne hic conuentus Comitiorum nomen, quo de  
ideo

e) apud TOLNERVM c. l. 189. p. 146.

ideo dubitari potest, quod, quamuis de principum quorundam praesentia mentio iniiciatur, tamen nec omnes Electores, sed Rhenenses soli adfuerint, & RVPERTVS quod facit, illud ex sententia non totius Imperii, sed horum saltem Electorum se facere, dicat. Accedit & alia DOMINICI ARVMAEI a), sed satis dubia coniectura, qui quicquid sub WENCESLAO egerit RVPERTVS, ab eo, non tanquam a Vicario, sed, vt iudice Imperatoris, actum esse, censet. Occurrit autem sub eodem WENCESLAO alius non minus dignus memoracione conuentus Imperii. Nam cum de eius depositione consilia agerentur, convocatum est Imperium non a RVPERTO, vt CVSPINIANVS b) volebat, sed ab omnibus Electoribus, his equidem literis c). *Iohannes Moguntinus, Fredericus Colonienfis, Wernherus Treuerensis Archi-Episcopi, Rupertus Bavarie, Rudolphus Saxonie Duces, Sacri Romani Imperii Electores.* *Lieben Fruende, wir lassen uch wissen, dass wir und auch etliche andere Fuersten, itzund etwe dicke zusammen gerieden sin, von*

M 3

Gebre-

a) *de comitiis Cap. III. §. 53. p. 99.*

b) *de Caesaribus p. 391, notatus eo nomine a B. G. STRVIO Syntagm. Histor. German. p. m. 391, qui ipse qua fide asserat,*

conuocationem factam a Moguntino esse, ignoramus.

c) extant in *Actis depositionis Wenceslai, Apparatus iurispublici* nomine ab OBRECHTO editis, p. 29.

Gebrechen und Nothdurfft wegen, die in der heiligen Kirchen, in dem Heiligen Riche und in den gemeinen Lande gross sin, dass wir gerne wvolden bedencken raden und helfen, so wir beste mochten, dass soliche Gebrechen und Notdurfft gevvendet und das gemeine Land zu bessern Frieden und Wesen gestalt mochten vverden. Herumber - - begern und bidden uch, dass ihr darumber wvver Freunde mit Macht von solicher Sache und Notdurfft wegen der heiligen Kirchen, des heiligen Richs, und der gantzen Christenheyde, zu uns in die Stadt gein Franckenford uff den Meyne off den andern Tag nach sante Urbans Tag - nehstkommende schicken wvvollet, wvvern Willen und Antwvorte vff die Sache begern wir uns wvidder zu zu schreiben mit dissen boden. Datum Franckenfordiae Anno domini 1406. die feria quarta post diem Purificationis beate Marie Virginis. Confluxit autem ibi ordinum magnus numerus a), & ipsi missi a WENCESLAO legati, Comitia interdicentes, quorum haec in actis propositio legitur b): Unser Herre der Romische Kunig thut die Fursten grussen und in sagen wvie er verstanden, und ouch briefe gesehen habe, darynne geschriben stet, dass ir Kurfursten geschriben habent, allen Fursten, Geistlichen und Weltlichen, und allen des Riches stetten, dass sie wvvolent sin zu Franckenfurt des Mitwvochen nach Sant Urbans Tage nehest verliden, dazu sinde umbe der heiligen Kirchen Sachen zu bestellen, und ouch umbe das heilige Rich, do tud uch unser Herre der

a) quorum catalogum vide in Actis deposit, Wenceslai p. 35.

b) ibid. p. 32.

der Romische Kunig sagen, und ouch bitten, dass ir uch dieser Sachen nit understet, uffzurichtende, ane yu, vwann er der ein haupt, als ein Romischer Kunig ist vwanne er diese und andere Sachen an-treffende das heilige Rich, mit uverme Rate und andern des Riches Fursten, Graffen, Herren, und Stetten die dazu gehoerent tun vwill, vwann soliche Sachen ime finer Würdigkeit und Eren zugehörent als eime Romische Kunige, und gelobet und getruvvet uche, nach dem, also ir mit Ime in Fruntschafft sint, das ir nit tun en solent das vvider sin Wirdeckeit sy, darumbe hat er mich zu uch gesant, dass man eines Tages eins vverde, an gelegen Stellen. Itaque circa depositionem regis nihil conclusum est, nisi vt Electores Imperatorem Lansteinium euocarent a), quod a Rhenensibus factum b), qui & Saxoniae Ducem, Marchionemque Brandenburgicum ad eum conuentum inuitarunt c), quamuis frustra, vt IACOBI KONIGSHOVII fide assero, qui Lansteinensis huius conuentus historiam satis curate descripsit, d)

## XXI.

a) vide orationem IOHANNIS de TALBERG ad ciuitates, in *Actis* p. 33.

b) vide literas *ibid.* p. 43. seq.

c) extant literae *citat loc.* p. 46. 49.

d) *Elsassische Chronik*, cap. II. p. 142.



XXI. DE CONRADO III. ARCHIEPISCOPO MO-  
GUNTINO, VTRVM VICARIVS IMPERII  
COMITIA INDIXERIT.

AD vindicandum illustrandumque ius Vicariorum  
indicendi Comitiam, IOANNES IOACHIMVS MVLLERVS,  
diligentissimus rerum nostrarum scriptor, epistolam  
aliquam CONRADI III. Electoris Moguntini exhi-  
bet *a)*, qua is Augustanum Episcopum vocat Mo-  
guntiam ad Comitiam A. 1426. Sed si quid iudico, pla-  
ne ad hanc causam eae quidem literae non pertinent.  
Primum, quod & ipse agnouit MVLLERVS *b)*, to-  
tam hanc conuocationem peregit CONRADVS, vt  
Archiepiscopus, erat enim, vt ait, *a Domino nostro*  
*Rege Romanorum diffinitum, quod consanguinei nostri me-*  
*morati Domini Otto Treuerensis, Theodericus Coloniensis*  
*Archi-Episcopi, atque nos, quisque singulos Episcopos suf-*  
*fraganeos, confratres nostros ad nos & nostras Metropoles*  
*ciuitates pertinentes, ad conueniendum vna nobiscum in di-*  
*etae conuentionis termino praefati domini nostri Romanorum*  
*Regis*

*a) Reichs-Tags Theatrum un-*  
*ter Maximiliano To. II. p. 25.*

*b) cit. loc. III, Vorstell. Cap. V.*  
*§. 7. p. 26.*

regis atque nostro nominibus cohortando inuitare debeamus & teneamur. Itaque Augustanum Episcopum Amicum & confratrem suum carissimum, ut Metropolitanae sedis membrum praecipuum - - hortatur - - ut ad praefatum conuentionis diem - - conuenire velit. Deinde, neque illud verum est, in quo tamen totius rei cardo vertitur, CONRADVM eo tempore Vicarium fuisse. Cum aduersus Bohemos arma moueret SIGISMVNDVS Imperator, decennalem Imperii administrationem quidem CONRADO commisit. a). Sed id sine iniuriam suorum laesione fieri non posse, LVDOVICVS Palatinus affirmabat. Quare, lite super ea re mota, arbitrium Treuirensi & Coloniensi Archi-Episcopis commissum est. Qui cum causam Palatini potiorum iudicarent b), CONRADVS, qua erat pro pace & iustitia impensa voluntate, illa procuratione maluit se abdicare, quam cum alterius inuidia vel

N

offen-

a) Factum illud esse a. 1424. tradit SERRARIUS *Rer. Mogunt. L. V. in vita Conradi III. §. 4. in Script. Moguntiac. To. I. p. 737.* non satis accurate. Nam cum arbitrium latum sit a. 1423. eodemque anno ipse CONRADVS hac dignitate se abdicauerit, dubitari non potest, quin ea res in

antiora tempora & ann. forte 1422. vti placet Clarissimo IOANNIS ad eum locum n. 9. p. 738. incidat.

b) ipsum laudem extat in dem kurtzen Bericht von der Churfürstlichen Pfaltz Vicariats Gerechtigkeit in den Beylagen Lit. F. p. 34.

offensione amplius defungi. Quod cum fide literarum ea de re conditarum d. II. Maii 1423. factum sit a) dubitari non potest, literas a MVLLERO prolatas anno demum 1426. scriptas, vi Vicariae potestatis ab eo exaratas non esse.

**XXII. IVS VICARIIS IN COMITIA SVB MAXIMILIANO I. ASSERTVM.**

SVB MAXIMILIANO I. varia occurrunt caussam Vicariorum apprime illustrantia. Peractis enim magnis illis & illustribus Wormatiensibus Comitibus, novum is conuentum comitalem, in Francofurtensi vrbe die purificationis Mariae habendum indixerat, qui varia ob impedimenta Lindauiam a. d. 7. Augusti 1496. translatus est b). Cui cum ipse Imperator, expeditione Italica tunc occupatus, interesse non posset, de constituendo Vicario PHILIPPO filio agitata sunt consilia c), resque eo perducta, vt literae

a) extant in dem kurtzen Bericht Lit. G. p. 36.

b) vid. DATTIVS de pace publica L. III. c. II. n. 50.

c) vid. Vicariatus Palatinus de.

fensus (1658 4. Edit.) p. 20. MVLLERI Reichs Tags-Theatrum unter Maximiliano I. To. II. p. 6.

literae patris ad ordines, his in Comitibus tradendae, illi committerentur a). Hoc ad iniuriam domus suae pertinere iudicans PHILIPPVS Palatinus, Episcopum Wormatiensem b) cum literis ad Imperatorem misit; quibus praecipue urgebat hoc: c)  
*Wann Ew. Koenigl. Maj. ist bievor und sonderlich vf dem nechst gehaltenen Tag zu Worms, montlich, auch durch trefflich und hohe schriftlich Urkund, genugsamlich bericht, wie myn Voreltern mit ihren Blutvergiessen das Vicariat erworben, des begnad und versehen. - - Demnach bitte ich E. Königl. Maj. dienstlichs Vleiss - - E. Maj. woll - - mich an denselben durch niemand verhindern, noch eingen Intrag thun, Commiss oder Befehle dawieder usgehen &c.*  
 Respondit autem Caesar tum ipsi Electori, tum Legato, quarum literarum vtraeque ob multiplicem usum dignitatemque suam legi hoc loco merentur. Itaque Legato primum his verbis responsum est d):

N 2

Die

a) DATT. loc. cit. L. III. c. VII. n. 1. STRVV, Synt. Hist. German. Dissert. XXXI. §. 9. p. 1139.

b) IOANNEM DALBERGIVM Cancellarium Palatinum, post Praesulem Wormatiensem, multae virum eruditionis, & cum literarum tum literatorum omnium Maecenatem singularem uti refert ad SERRARIUM, GEORGIVS CHRISTIANVS IOANNIS Rerum Moguntiac, T. I. p. 888.

c) integrae extant in dem kurzen Bericht von des H. R. R. der Churfürstl. Pfaltz zustehenden Vicariat, Anlagen Lit. M. p. 40, 41. Vicariatu Palatino defenso in Append. Lit. A. p. 56. & MULLERI Reichs Tags-Theatro unter Maximil. I. To. II. p. 6. 7.

d) Königl. versiegelter schriftlicher Abschied dem von Worms wegen des Pfaltz-Grafen gegeben apud MULLER c. l. p. 7. & in den Bericht p. 41.



Die Werbung, so der von Worms, von wegen des Pfaltz-Grafen an die Koenigl. Maj. gethan, des Vicariats halben, hat Sr. Koenigl. Maj. gnaediglich vernommen, und darauf zu Antwort geben, dass Sr. Koenigl. Maj. Meinung nit sey, dem Pfaltz-Grafen an seiner Gerechtigkeit des Vicariats und alten Herkommen einigen Abbruch oder Irrung zu thun. Dass aber der Pfaltz-Grafe solches aus Grund vermercken müge, so hat der Handel Ertz-Hertzog Philipps halb die Gestalt. Die Kunigl. Maj. hat ihn gen Lindavv auf den Tag verordnet mit etlichen Briefen und Befelch an die Churfursten und Staende daselbs zu thun. So bald die gethan ist, so wird er sich solcher Bottschafft entschlagen, und seinen Stand wie ein Ertz-Hertzog zu Oesterreich und Hertzog zu Braband einnehmen, so lange er zu Lindavv beleibt, dass doch nit lang sein wurdet. Dar-nach wird er etlich seiner Raette, an sein Stadt verordnen, die in seinen Nahmen als Ertz-Hertzog zu Oesterreich und Hertzog zu Braband mit andern des Reichs handeln vverden. Wo der Pfaltz-Graf von der Koenigl. Maj. und des H. Reichs wegen, auf den Tag zu Lindavv versehen vwill, wie von alter Herkommen ist, mag Sr. Koenigl. Maj. vwohl erleiden, ist auch Sr. Koenigl. Maj. freundlich Begehr. Wo er aber persoehnlich auf solchen Tag nicht kommen moechte, so vverden Koenigl. Maj. Nottdurfft, ein Commissari von seiner Seits oder sunst, dahin zu verordnen, Sr. Koenigl. Maj. und des H. Reichs Haendel auf demselben Tag zu ueben, doch dem Pfaltz-Grafen an seiner Gerechtigkeit unschaedlich. Und ob der Pfaltz-Graf auf solchen Tag kommen vvolt, als sich die Kunigl. Maj. gaentzlich zu ihm versicht, so ist der Kunigl. Maj. Be-  
gehr

gehr, ob ihm die andern Churfuersten aus ihren Rath schliessen wvold-  
ten, dass er denn einen Statthalter, in der Churfuersten Rath, an  
sein, als eins Churfursten Statt, verordne, damit der Konigl.  
Maj. sein Stimm nicht abgehe, nachdem Sein Konigl. Maj. sich al-  
ler Frundschaft &c. zu ihm versehe. Actum zu Morbingen in  
Veltelin Anno 1496. Ipsa autem Caesaris ad Electorem re-  
sponso haec erat: a) P. P. Wir haben diner Liebe schriben  
darin du uns anzeigst, vwie dich kurtzlich angelanget, dass etliche  
bey Uns Ansuchung thun sollen, vwann vvir über dass Gepurg zie-  
hen, dieselbe zu gemeinen Vicarien oder Stadthaltern hie disseyt zu  
machen, dass du dich in Ansehung, dass dine Voreltern mit ihren  
Blutvergiessen das Vicariat erworben und herbracht haben zue uns  
nit vertroestet &c. Wie dann die Schriben solichs ferner inheit &c.  
Und ist nit minder so ferr vvir diner Gerechtigkeit des Vicariats  
halben, eigentlicher und gruendlicher Bericht gewvesen vberen, hetten  
vvir uns, zue unsern gemeinem Uffschreiben, dir und andern vn-  
sern und des Reichs Churfursten, Fursten vndt Stenden vff diesen  
gegenvvaertigen Reichs - Tags gen Lindauvv zuegesandt wissen  
darnach zu richten. Dann vnfre Meinung nie gewvest und nach  
nit ist, dich an dinen Priuilegien und Freyheiten zu verhindern,  
oder dieselben zuemundern, sonder den Hochgebornen Philipfen  
Ertz-Hertzogen zu Oesterreich vnsern lieben Sohne, vnd Fursten

N 3

und

a) Antwort unsers Herrn des tzen Bericht p. 42. apud MVLLER-  
RVM p. 8.

und andere unser Raethe, so wir uff denselben Tag, als unsere Saembotten, verordnet haben, mit samt andern vnsern und des Reichs Churfursten, Fursten und Stenden, mit dir endlich davon handeln zu lassen. Vnd diezveil uns nu, den merglichen Hohen und grossen Beschwörungen nach, so jetzu dem heiligen Reich, mer dann Menschen Gedächtnuss reicht, oblegen, derhalben wir uns den jetzo selbs, in eigener Persohn erheben, vnd die mit Hilff des Allmaechtigen dem heiligen Reich und der Christenheit zu gut, zue vndersten, vnd zue furkommen willens seindt an diesen gegenwärtigen Tag zue Lindavv vill und gar merglich gelegen ist: Demnach begehren vvir abermahls an dein Lieb, mit gar hohen und ernstlichen Fleiss, du wollest uff den gemelten Reichs-Tag gehn Lindavv an eigener Persohn furderlich kommen, dann mit vnserm Sohne vnd andern vnsern Räten, desgleichen andern Churfursten, Fursten vnd Stenden so daselbst hinkommen, dich nach lutt diner Freyheit, vwie du die anzeigen vvrdest, zu halten bevehlen vvollen, vnd nit vssen bleiben noch einig Weigerung oder Offschub suchen, auch dich dann gutvwillig erzeigen als vvir uns dess zu dir versehen &c.

Ea autem facultate Palatinum vsu esse, non apparet, nullus enim Palatinus in Comitibus Legatus adfuit, a) immo recessus Imperii a Commissariis Caesareis, ordinibusque conditus publicatusque est. b)

Quo

a) MULLER c. 1, p. 24.  
 b) extat apud MULLERVM  
 III. Vorstell. cap. 31. To. II. & DAT-

TIVM de Pace publica L.V. c. VIII.  
 p. 892.

Quo ipso tamen iuri Palatinus suo non defuit. Nobis enim de iure disputantibus sufficit, potestatem eam, de qua quaerimus, caussa cognita Vicariis assertam esse; deinde ipsa MAXIMILIANI declaratio securum reddere PHILIPPVM poterat, qua is, saluum omne eius fore ius, affirmauerat, etiamsi Comitibus non interesset. Indictionem autem Comitiorum ad Vicarios pertinere, ita persuasus fuit MAXIMILIANVS, vt, cum FRIDERICVM Saxonem, nouam in Italiam expeditionem meditans, A. 1507. Vicarium constitueret, hanc conuocationem inter ceteras potestatis suae partes referret: *Ob auch den obgestymnten vnsern Oheym, Churfursten und Stadthaltern, Hertzog Friedrich von Sachssen, und seinen zugeordneten Fursten not und gut bedechte, ander mer Staende und Fursten zu erfordern, so soll er macht haben dieselbe gleicherweise auch zu erfordern.* a) Quod ne de conuocatione aliqua particulari, consilii caussa instituta, intelligamus, prohibent antecedentia huius documenti verba, quibus id FRIDERICO concessum iam erat.

XXIII.

a) apud MULLERVM *Reichs-Tags*. *Staat L.V.c.l.* § 2. p. 715.



XXIII. COMITIA SVB CAROLO V. SINE CAESARE HABITA.

ELECTO Imperatore 1519. CAROLO V. praeuidebatur facile fore, vt is, tot regnorum dominus, saepius a Germania abesset. Hinc, cautum est in Capitulatione, cui ille primus inter Imperatores se addixit, vt absente Imperatore, Imperium per Regimentum (vt idtum audiit) administraretur. Quae res in Comitibus postea Wormatiensibus peracta est a. 1521. regiminique expresse concessum est, vt *Stathalter und Regiment* - *ob es die Größe der Sache erforderte andere des Reichs Fürsten und Stände zu ihnen zu erfordern und zu beruffen, dieselbe Fürsten und Stände darauf auch gehorsamlich erscheinen und also mit Fleiß und Treue thun und handeln sollen als sie uns und dem Heiligen Reich verwand und schuldig seyn* a) h. e. conuocare Imperium possent b). Constitutus autem Locumtenens est FERDINANDVS, frater Imperatoris, huicque adiunctus

a) Ordnung dess Regiments 1521. §. 12. inter *Recessus Imperii* (vtor autem editione de 1692.) p. 144.

b) quam interpretationem probat MULLERVS *Staats-Cabinet I. Eröffn. Cap. IV. §. 4. p. 178.*

ctus FRIDERICVS Palatinus *a*); posteaquam, ne ea coordinatio sibi olim suisque fraudi sit, Palatino peculiari cautum priuilegio esset *b*). Hi itaque cum reliquis, qui regimen Imperii constituebant, concessa sibi sunt vsi facultate, Ordinesque in dominicam Oculi 1522. conuocarunt, ita tamen, vt tota ea res nomine Caesaris perageretur *c*). Noua iterum Comititia a Regimento a. d. Aegidii 1522. indicta *d*): in quibus, quamuis creditiuae Imperatoris literae solum FERDINANDVM spectarent *e*); ordinationis tamen Regimenti declaratio, in his publicata comitiis, ad FRIDERICVM Palatinum Locumtenentem, & ceteros consiliarios directa; ipse autem Imperii Recessus sub Caesaris nomine publicatus est *f*). Sed in his Comitiis, sequentibusque, quibus dies dictus erat D. Margarethae 1523. pauci ex ordinibus aderant. Nouis itaque in diem Martini 1524. conuocatis, de dimittendis & a

O com-

*a*) Primum certe in ea re locum occupasse FERDINANDVM, verisimile est. Huius solius mentio fit in *R. I. de 1521. §. 6.* Quin & MULLERVS *l. c. p. 190.* notat, FRIDERICVM, iam anno 1522. locumtenentem in absentia Ferdinandi se scripsisse.

*b*) Totam eius rei historiam curate & eleganter enarrat H. T. LEODIVS in *vita Friderici Pa-*

*latini L. V. p. 80. 81.*

*c*) de literis conuocatoriiis testis est MULLERVS *l. c. §. 5. p. 178.* Et quae inter Recessus Imperii sub hoc anno extant, omnia nomine Caesaris promulgata sunt vid, *p. 178. 179. 191. 192.*

*d*) MULLER §. 15. *p. 189.*

*e*) MULLER §. 16. *p. 190.* LEODIVS in *vita Friderici p. 84.*

*f*) MULLER §. 22. *p. 199. 200.*

comitali negotio excludendis consiliariis, Regimentum constituentibus, actum est *a*); quod cum plurimis placuisset, illi de iniuria hoc ipso sibi illata querebantur, obtendentes, comitiale negotium, secundum ordinationem Regimenti, praecipuam muneris sui partem efficere *b*). Locumtenens autem a FERDINANDO substitutus est PHILIPPVS Badensis. A. 1525. iterum conuocata sunt Comitiam, extatque inter Recessus Imperii hic etiam Augustanus *c*), ideo nobis notabilis, quod nomine FERDINANDI Archiducis Austriae, GVILIELMI Bauari, CASIMIRI Brandenburgici, PHILIPPI Badensis, & ERICI Brunsvicensis promulgatus sit, quorum ille Locumtenentem, hi omnes Commissarios sese scripserunt. His iterum nominibus insignitus est Recessus Spirensis de 1526. *d*) nisi quod iis accederet BERNHARDVS Episcopus Tridentinus *e*). Succedit Ratisbonensis Recessus de 1527. nomine WOLFF Comitis MONTFORTII *Stathalters Amtsverwesers f*), & Spirensis de 1529. FERDINAND-

*a*) MVLLER §. 13. p. 214. sq.

*b*) ipsae literae editae sunt a MVLLERO §. 39. 225. 226.

*c*) p. 210.

*d*) in Collect. Recess. Imper. p. 215.

*e*) Eodem anno dies Regimenti

ti habitus est, cuius Recessum promulgavit PHILIPPVS Badensis, quod ideo obseruo, vt errorem eius, qui Recessus edidit, notem, qui comitalem hunc Recessum dicit p. 221.

*f*) inter R. I. p. 224.

NANDI ceterorumque commissariorum auctoritate promulgatus a). Haec de Comitibus sub CAROLO V. a Vicariis conuocatis, quae maximam partem debemus IO. IOACH. MVLLERO: qui historiam Regimenti satis curate enarrauit b). In eiusdem autem CAROLI V. tempora incidit epistola quaedam Treuirensis Archiepiscopi ad Fridericum Palatinum, de 1552. qua eum ad conuocandos Ordines his verbis excitat c):

*Dieweil dann unfers versehen, noch gute Mittel und Weg zu finden, dadurch solche verderbliche Beschwer mit Gottes Gnaden mag fürkommen und dass Vatterland errettet werden, darzu billig ein jeder sein eusserst und höchst Vermögen setzen soll: Wir aber bedencken, dass solches fürnemlich den Churfürsten als den obersten Gliedern und Seuen des Heil. Reichs, und sonderlich denen, die ihrer Aemter halber dazu gewiddumt und verordnet seyn, vor andern zu bedencken und zu befürdern gebürt - - - bitten demnach*

O 2

a) *ibid.* p. 231. secundum autem a Commissariis locum occupat BALTHASAR, Episcopus Mattensis; Brandenburgicus vero & Badensis plane omitti sunt.

b) *von den Ceremoniell und Curialien Wesen bey dem durch Kayser Carln den V. aufgerichteten*

*Reichs Regiment. Extat in dem Staats Cabinet, Erste Eröffnung cap. IV. p. 172 - 268.*

c) *Extat in dem Bericht von der Churfürstl. Pfaltz Vicariats Ge- rechtigkeit Anlagen lit. Z. p. 58; 59.*

nach Ew. Liebden mit allen brüderlichen Fleiß gantz freundlich, dieweil unser Freund und Bruder von Maintz nit binnen Landts, auch sonst kein gewisser Trost oder Rettung, darauf wir uns verlassen können, vor Augen ist, Ew. Liebden wolle bey ihr selbst erwegen, ob nicht derselbigen gebühren wolle, in jetziger des Heil. Reichs Gelegenheit, so man nunmehr vor Augen sieht, was mit dieser Krieges-Rüstung über alles ausschreiben, Zusage, und geschebene Vertröstung gesucht wird, sich ihres Vicariats-Amts zugebrauchen, als wir uns lassen bedüncken, Ew. Liebden die höchste und grössste Ursach dazu haben, und dass Ew. Liebden in Krafft desselbigen ein Conuocation und Versammlung etlicher Chur- und Fürsten, die Ew. Liebden in der Eyl darzu dienstlich achten und füglich darein ziehen möchte, fürgenommen und ausgeschrieben hätte, an ein Mahlstatt, die unsers Erachtens nicht mehr umb Ew. Liebden her wohl zu finden wäre, damit doch von diesen beschwerlichen Händeln möchte berathschlaget und geredt und etwa uff die Mittel und Wege gedacht, dadurch selbige köndt begegnet &c. Quamuis autem ann. 1552. Palatinus, quantum scio, Vicariam potestatem, etsi absens esset CAROLVS V. haud administrauerit, & Treuirensis, quorundam tantum Electorum Principumque conuocationem vrserit;

rit; illud tamen ex his literis recte colligi potest, Treuirensis conuocationem Ordinum ad delati Vicariis officii partes retulisse.

XXIII. ARGUMENTA EORVM, QVI INDICENDORVM COMITIORVM FACVLTATEM VICARIIS DENEGANT, TRIBVNT AVTEM VEL ELECTORIBVS VEL MOGVNTINO VEL DIRECTORIBVS COLLEGIORVM, EXAMINANTVR.

QVI his rationibus eo se adduci non patiuntur, vt indictionem Comitiorum Vicariis tribuant, quorum nunc examinanda est sententia, non iisdem omnes vtuntur argumentis. Sunt, qui conuocari in interregno Comitiam, iuris nondum constituti putant; neque ideo de his, quibus conuocandi potestas tribuenda sit, opus esse, vt disputetur. Hos quidem, quod a nobis superiori sunt refutati loco, nunc praeterimus. Caeteri autem, quamuis in eo nobiscum conueniant, habenda esse Comitiam, adeoque esse debere aliquem, qui ea indicat, malunt tamen aut omnibus Electoribus illam potestatem tribuere, aut vni Moguntino, aut Collegiorum Directoribus. Redit itaque ad id haec disputatio, vt ostendamus,

O 3

nullam

nullam quidem ex his sententiam locum habere posse. Duplex autem potissimum argumentum est, quo caussa Electorum propugnari potest; alterum ex obseruantia desumptum, alterum ex pacto. Nam & Lansteinensem conuentum WENCESLAI tempore ab Electoribus indictum vidimus (§. XX.) & in Vnionē Electorali expresse scriptum est *a)*: *Hem sollen vnd wollen wir obgenandte Churfursten in allen Sachen vnd Handlungen, die dass H. R. Reich vnd uns Churfursten von des H. R. Reichs wegen antreffen, als ob jemand, vver der vvaere, nach den H. R. Reich stünde oder stehen vruerde, vnd sich des unterwinden vvolte, ohne unser aller obgenandten Churfursten saemtlichen Willen, Wissen und Verhaengnis, es vvaere mit Vicariat oder anders, in vvelcher Weiss das vväre anders dann von alters Herckommen - - - oder ob unziemliche schwerliche Mandata oder Geboth zu beschwerlichen Neuerungen oder unpflichtigen Diensten an uns insgemein oder sonderheit ausgiengen, von vvem das vväre, oder vvo das herkomme, dann sollen wir oder unser einiger nicht endlich Antwort geben noch einigerley Beschliessung thun, wir thun es dann alle saemtlich mit einander oder mehrer Theil.* Sed quod Lansteinen-  
sis primum conuentus indictionem attinet, singularis eius ratio fuisse videtur, quod de exaugurando Caesare

*a)* a. 1521; §. 8.

fare agebatur, quae res ad eos praecipue pertinere videbatur, quibus noui creandi potestas concessa est. Vnio autem illa Electoralis, qua ratione ad hunc applicari casum possit, quamuis eam docti omnino viri vrserint; a) id ego quidem non capio. Primum enim illa, saluo iure aliis quaesito, interpretanda est, vt recte contra LYNCKERVM notat WERNHERVS b), & ipsa indicant eius verba. Dein si haec sequenda esset interpretatio, non ius indicendorum solum Comitiorum, sed tota euanesceret Vicaria potestas. Sed magis adhuc clarum euadet, eam constitutionem ad nostros omnino non pertinere Vicarios, adhibita in auxilium historia, in legibus interpretandis vtramque paginam faciente. Ignorare enim vix aliquis potest, vnionum electoralium primam praecipuamque causam fuisse c) IOANNIS XXII. & BENEDICTI XII. PP. MM. in Imperium insultus, quorum illum Vi-

caria-

a) vt LYNCKERVS in *Anale. Elis ad Schwederum* p. 60.

b) de iuribus Vicariis in *A. B. expresse non concessis* p. 26.

c) V. N. H. GVNDLINGII

*Diff. de causa & origine vnionis Electoralis in Syntagm. Dissertat. Iurispubl. opera illustris MOSERI edit. p. 381, & plenam eruditissimarum obseruationum IO. DAV. KOELERI v. c. Imperii Germanici historiam* p. 294. & 302.



cariatum sibi arrogasse, & ex iuris Canonici libris *a)*, & ex omnibus fere de hoc argumento scriptoribus *b)* constat. Hos itaque conatus vt reprimerent, non vt Germanicorum Vicariorum potestatem minuerent, vno Electoralis condita est. Maiori forte veri similitudine Moguntini partes defendi possent. Nam primum, quod quibusdam placuit, omnem Vicariam potestatem esse diuisim administrandam, vtriusque autem Vicariatus coniunctionem leges moresque ignorare, id nescio an' vnus in Cameram Imperii potestatis exemplo refelli queat *c)*; quod aberrare videri possit a regula; recentioribus certe temporibus multa concertatione est introductum. Quo sumto principio, vt a Comitibus negotiis excluderentur; ita non adeo incongrue Electoris Moguntini munus, quo is Imperii conuentus dirigit, ad omnium ordinum conuocationem quoque mortuo Imperatore trahi posset. Neque abhorret ab his principiis, quam adduximus, (§. XXIII.) epistola Treuirensis Archi-Episcopi, qua is, cum ad conuocandos ordines Palatinum excitaret, absentiam

Mo-

*a)* vid. *c. vnic. Extrauag. Iohann. ne sede vacante aliqu. in nou.*

*b)* vid. *e. g. DECKHERRI Gründl. Nachricht von Interregno*

*und Vicariis §. 6. p. 14. 15.*

*c)* VI WERNHERVS *facit citat. dissert. p. 26.*

Moguntini imprimis vrget. Sed quae ad haec responderi possunt, sic habe. Ipsa, primum, Vicariatus natura requirit, vt, iuncta saepe auctoritate, vnitisque consiliis, caussa patriae agatur. Huius generis pleraeque securitatis publicae caussae sunt, quae praecipuum constitutorum Vicariorum finem constituunt (§. VIII.); eximi autem ab horum potestate deberent, si omnis eorum potestas diuisim esset exercenda, cuius exemptionis nulla idonea suppetit ratio. Quae Moguntinus in conuentibus Ordinum, ea vel vt Archi-Cancellarius, vel vt Collegii Electoralis Decanus, peragit. Ad vtramque prouinciam ius indicendi vniuersi Imperii ordinaria a) Comitia referri, nec secundum leges expressas, nec secundum rationes earum, nec ex obseruantia, potest. b) Literae autem Treuirensis, neque de Comitibus videntur intelligendae (§. XXIII.), neque, si essent, legis vim obtinent.

P

Certe

a) aliud tamen forte dicendum esset, si de deputatorum ordinariorum instituendo in interregno conuentu ageretur, cum huius conuocatio ad Moguntinum spectet, v. SCHWEDERI *Introd. in ius publ. Part. spec. Sect. II. c. IV.*

§. 2. p. m. 616. quamuis eam non nisi volente Caesare, sub huius nomine faciat vid. A. FRITSCH *de Conuent. Deputat. Imp. c. IV. §. 1. inter Opuscul. p. 382.*

b) vt facit I. C. BARTHEL. *de Comitibus vniuersalibus l. R. G. p. 19.*

Certe quicquid huius rei sit, nostra aetate partes aut Electorum, aut Moguntini, serio agere in hac quidem causa vix aliquis potest; cum hi omnes iuri, quod forte habuere, suo, per nouissimam Capitulationem renunciaffe censendi sint. Directorum autem collegiorum causam, vnus, quantum scio, egit MVL-  
TZIVS a), nec is quidem rationum auctoritate. Et videtur sane omnis eorum potestas ita ad Comitia ordinata, vt locum, nisi conuocatis iam-  
iam, congregatisque Comitibus, vix habeat b).

XXV. DE MODO CONVOCANDORVM A VICARIIS COMITIORVM.

TRIPLEX de modo conuocandorum Comitiorum agitari quaestio potest, prima, an Vicariis aequae, ac Imperatori, Electorum consensu opus sit; secunda, num totius Imperii assensus necessarius; & quae tertia est, an, detrectantibus conuocationem Vicariis, coire in Comitia ordines possint? Priorem forte

a) in *Corpore Iuris Publ. P. II. c. XIX. p. 599.*

b) Exceptio tamen in Electore Moguntino admittenda est, qui, vt Decanus Electoralis Collegii,

ad Comitia electoralia Electores conuocat. v. SCHWEDERI in *Ius publ. Introductionem Part. spec. Sect. II. cap. II. §. 4. p. m. 593. 594.*

forte negauerint, qui cum ARVMAEO *a)* & WERNHERO *b)* eo se abduci patiuntur, vt ab Capitulationis obligatione Vicarios liberent. Quorum sententia cum ipsa idea vices gerentis, cui maior potestas, quam qua rex gaudet, haud praesumitur esse collata, non solum pugnat, *c)* verum, etsi locum habere posset, nihil tamen iam in hac causa efficeret, cum expressis verbis promiserint Vicarii, omnia se ea, quae Caesar, in Comitibus conuocandis obseruaturos. *d)* Hunc autem constat, Electorum consensui in hoc negotio adstrictum esse. *e)* Restat itaque, vt dispiciamus, vtrum Electorum voluntas sola sufficiat, an totius Imperii assensus requiratur? Disputata haec res est sub CAROLO V., cum Regimentum Imperii vicariam potestatem exerceret. Iam tum enim dubitauit IOANNES VON DER PLANITZ, Consiliarius a Saxe nominatus, an Regimentum sine Electorum Principumque consensu Comitibus indicere possit? *f)* Verius autem est, solum consensum Electorum ad

P 2

hoc

*a)* de Comitibus cap. III. n. 54.  
*b)* Obseruatt. forens. P. III. obseru. c. XVI. p. m. 597. 598.  
*c)* V. SPENERI *Ius Publ. To.* VI. p. 24. 25. 26. 63.

*d)* Capitulat. nouiss. Art. XIII. §. 9.  
*e)* v. Capit. nouiss. Art. XIII. §. 1.  
*f)* V. MULLERS *Staats. Cabinet T. I. p. 212. 213.*

hoc requiri. Vt enim ex omnium ordinum voluntate constituti sunt Vicarii, atque ea ipsis concessa potestas, quae indicendorum Comitiorum facultatem comprehendit, (§. XVII.); ita ad comparandum nunc ordines ex sua ipsorum voluntate tenentur, neque opus est, vt, quem omni generatim conuocationi assensum dedere, singulis repetant. Quod commodissime potest democratiae exemplo illustrari, in qua potestas quamuis sit apud omnes, constitutis tamen ab omni populo magistratibus, cum ex formula delatae sibi potestatis imperant, obsequium singuli denegare non possunt. Longe secus comparatae sunt rationes tertiae quaestionis, vtrum nempe Vicarii, volente id maxima Imperii parte, indicare Comitia teneantur, & num, nolentibus etiam his, Imperium conuenire possit? Primum, ipse Imperator promittit, quoties ab Electoribus admonitus fuerit, Comitia conuocare. <sup>a)</sup> Deinde Imperio illa conueniendi facultas, ob summam, quam in Interregno ordinibus asseruimus, potestatem (§. VII.), nolentibus etiam Vicariis, denegari non potest. Certe si Vicarii impedire possent, quo minus conueniant

<sup>a)</sup> v. Capit. nouiss. Art. XIII. §. 1.

ant status, iurium etiam maiestaticorum in his con-  
 uentibus expediendorum exercitium sistere, quin pla-  
 ne tollere possent. Ex natura autem summae pote-  
 statis euicimus hoc (§. VIII.), vt, qui vim eius volun-  
 tatemque irritam reddere valeat, sit plane nemo.  
 Grauius & acute perorata haec res est in consulta-  
 tione, saepius a nobis laudata, his verbis a): *Da be-  
 kand ist, dass, wann unter eines lebenden Kayfers Regie-  
 rung, die Maiora Electoralia, nebst denen übrigen Ständen,  
 Comitia verlangten, dieselbe auch gegen dessen Willen von  
 ihm angesetzt werden müsten, der an sich unrichtige Schluss  
 entstehen würde, dass die Stände denen Vicariis mehr De-  
 ferentz, als dem Kayser, schuldig, und da diese, wegen  
 ihrer unter sich habenden Trennung, nicht zur Abschickung  
 einer Commission zu gelangen vermögen, und daher e re sua  
 hielten, die Comitia ausser Actiuitaet zu halten, sich gefallen  
 lassen müssen, auch ihres Orts inactiu zu verbleiben, und sowohl  
 das Exercitium dererjenigen iurium, so per mortem Caesaris  
 auf das Römische Reich zurück gefallen, auf demselbigen  
 allezeit auch bey dem Leben des Kayfers gemeiniglich ver-  
 bleiben, in suspenso zu lassen; wie dann weiters erfolgen  
 würde, dass, da absque comitali statuum consensu ex parte*

P 3

Imperii

a) apud Ill. MOSERVM Staats. Recht T. VIII. p. 32.

*Imperii weder Gesetz zu geben, noch auch Krieg, Frieden oder Bündniß zu schliessen stehet, zu allem diesen aber in dem Interregno der Casus necessitatis am leichtesten entstehen kann, alles dieses müsse bloss bey denen Vicariis beruhen, dem Römischen Reiche aber nichts, und also unter dem Vicariats-Regiment weniger, als unter der Kayserlichen Regierung, übrig bleiben würde &c.* Illud magis dubium est, an, si conuocati Imperii maxima pars a Comitibus absit, concludi tum cum valore aliquid possit? Pro affirmanda hac sententia conuentuum pugnat societatumque natura. Quicumque enim ad comparandum obligatus est, si non conuenerit, in id censetur consensisse, quod reliqui statuerunt. Quod si vero non tantum absint plerique ordinum, sed praeterea Comitiorum indictioni etiam contradicant, tunc interregni nostri forma, & summa, quae penes Ordines est, maiestas, aliam decisionem poscit. Certe cum Vicarii ex iure magistratus ad Comitibus conuocant, potestas illorum ita Imperio subordinata est dicenda, ut tunc solum ea gaudeant, cum contrariam voluntatem suprema potestas non significauerit. Quod quidem in Comitibus a Regimento vicariam potestatem exercente a. 1521. 1523. 1525. conuocatis,

uocatis, nulla fere, cum maior pars ordinum abfuerit, grauiora esse negotia expedita, MULLERVS a) notauit, illud magis rationibus politicis, quam defectui facultatis, absentes status obligandi, tribuendum est.

XVI. DE COMMISSIONE A VICARIIS AD ORDINES ABLEGANDA, FACIENDAQUE PER HANC PROPOSITIONE.

IAM vero ceterae partes tum vicarii in Comitibus muneris, tum comitialis formae percurrendae nobis sunt. In his expendendis, quoniam iisdem fere cum indictione Comitiorum fundamentis nituntur, licet nobis esse breuioribus; ex iisdem certe principiis diiudicari possunt. Cum ideo potissimum conuocentur ordines a Vicariis, ut de iis negotiis, quae sine ordinum assensu expedire non possunt, statuatur, necesse omnino est, vt, quid sit id, de quo exquirenda Vicariis ordinum voluntas, ipsi proponant. Dubitari autem potest, an per legatum possit haec res peragi, an Vicarii adesse in Comitibus debeant,

a) Staats-Cabinet. To. I. p. 200. 202. 211. 233.



beant, ob MAXIMILIANI I. potissimum voluntatem, qui Palatino, vt sua vice in Comitiiis adesset, his verbis copiam dedit: *Wo er (der Pfaltzgraf) aber persönlich auf solchen Tag nicht kommen mögte; so werden Königl. Majest. Notturft, ein Commissari von seiner Seits, oder sunst dahin zu verordnen, Sr. Königl. Majest. und des Reichs Handel auf demselben Tag zu verüben, doch dem Pfaltzgrafen an seiner Gerechtigkeit unschädlich a).* Et in ipsa Imperator epistola haec: *Demnach begehren wir, inquit, abermals an dein Liebden mit gar loben und ernstlichem Fleiß, du wollest uff den gemelten Reichstag gen Lindaw an aigner Person fuerderlich kommen. b)* Sed in his ad euincendam obligationem Vicariorum in Comitiiis personaliter comparendi, nihil roboris inest. Hoc tantum probant, MAXIMILIANVM I. Imper. in Palatini dexteritate magnam fiduciam posuisse: sin autem hic ipse praesens comitiale negotium expedire non potuerit, saluis Vicarii iuribus id aliis voluisse committere. Vicariorum sane munus delegationem non respuit, & reliqui

a) integrum Documentum lege §. XXII.

b) tota exstat epistola §. XXII.

reliqui omnes Imperii actus per legatos, nullo contradicente, exerceri possunt. Quid igitur vetat, quominus & hi in Comitibus Vicariorum partes suscipere possint? Nec desunt huius rei exempla *a)*, & CAROLVS V. expresse Locumtenenti hanc facultatem concessit. *b)* Sed de ipsis, qui mitti ab Vicariis debent, legatis, duplex quaestio potest oriri, altera de honoribus horum legatorum, de officio altera. Ad priorem quod attinet, nescire vix aliquis potest, quantas ceremoniarum res in Comitibus nostris lites creauerit, quantoque impedimento illa in expediendis negotiis fuerit. Principia, ad quae reuocari haec quaestio possit, si non vnica, certissima tamen sunt, obseruantia, deinde dignitas eius, a quo missus est legatus. Ex obseruantia vero honores legati a Vicario missi determinari vix possunt. MATHILDIS enim & IOHANNES Rex Bohemiae Vicario nomine Comitibus agentes ipsi adfuerunt: quantus vero Commissariis, a FERDINAN-

Q DO

*a)* ita in MULLERI *Staats-Cabinet T. I.* occurrunt IOHANNES Palatinus p. 204. IO. de SCHWARTZENBERG p. 209. (sed huic potissimum causae ad regimentum pertinentes creditae sunt.) PHILIPPVS Baden-

sis p. 231. & WOLF Comes MONTFORTIVS p. 264. omnes a Vicariis ad comitialia gerenda negotia suffecti.

*b)* v. *declarationem ordinationis regimenti apud MULLERVM l. 6. p. 195.*

DO I. substitutis, PHILIPPO Badensi & Comiti MONTFORTIO tributus sit honos, neque constat, neque in tanta cerimoniae mutatione multum ad hanc quidem quaestionem decidendam conferre potest. Quare ex ipsa Vicariorum dignitate a), quod alterum posuimus fundamentum, colligimus hoc, non tantam posse reuerentiam exigere illorum commissarios, quanta tribuitur Caesaris. Propositum est, ut iidem, qui Concommissario Caesaris, honores b) iis tribuantur sed; hoc suo loco relinquo. Vbi enim necessitatis Comitiorum vel utilitatis, solio vacante, factis erunt conuicti plerique ordines, de solemnibus illis facile cum Vicariis transigent. Quod si vero maxima eorum pars, eiusmodi totius Imperii congregationem rationibus suis non conuenire, putauerit, hae controuersiae, quantumuis leues sint & inanes, illi moram iniicient. Manus ipsum legationis, per quam Vicariorum res agitur, in proponendis ad deliberandum causis versari supra dictum est; quod quidem eo modo fieri potest, quo Caesarea commissio utitur.

Ipsa

a) v. *Europaeischer Herald P.*  
 2. 6. 3. S. 3. p. 164. SPENER *Ius*  
*Publ. T. VI. p. 329*

b) Sed satis dubii, v. III. MO-  
 SERI *Comp. Iur. Publ. L. VII.*  
 6. 1. §. 9.

Ipsa tamen Vicaria, summo Imperio subordinata, potestas suadet, vt, poscentibus propositionem plerisque ordinibus, Vicarii etiam non desint. Olim in dubium vocabatur, annon Vicarii, Caesaris vices referentes, quae in electorali & Principum collegio habent, vota amitterent? Huius rei fidem faciunt verba MAXIMILIANI I. *a)* und ob der Pfaltzgraf auf solchen Tag kommen wolt, als sich die Königliche Majestät gäntzlich zu ihm versicht, so ist der Königl. Maj. Begehrt, ob ihn die andern Churfürsten, aus ihren Rath schliessen wolten, dass er denn einen Stadthalter in der Churfürsten Rath an sein, als eines Churfürsten statt verordne. Hodie scrupulus ille ex animo facile euelletur, cum ipsi Imperatores, qua status Imperii, iure suffragandi in collegio Electorum & Principum, nemine contradicente, gaudeant, nullusque dubitet, quin vnus homo plures possit personas sustinere.

## XXVII. DE DIRECTORIO MOGVNTINO.

HAEC de propositione in Comitiiis. Sequitur, vt, cum, quae deliberanda sunt, a Directorio Moguntino dicentur, vt vulgo audit, de huius quo-

Q 2

que

*a)* in dem versiegelten Abschied tegrum exhibui §. XXII.  
dem von Worms gegeben, quem in-

que muneris per interregnum viatque potestate agendum fit. Hanc qui in dubium vocabant, hoc fere argumento vfi sunt. Dirigendi in Comitibus potestatem non ita ad primum in ordine indissolubili nexu adhaerere, vt transferri in alium non possit; patere hoc ex Magnae Britanniae & Poloniae exemplo. Quae itaque Moguntino tribui facultas possit, ex peculiari priuilegio deriuandam esse. Hoc autem ad illum vnice casum pertinere, vbi, viuentis Imperatore, Comitia cogantur. Aptata huic sententiae est, excogitata a quibusdam a) inter directorium Imperii & comitiale, distinctio. Verum hic sumitur, quod probari oportet, ad Imperatoris nempe vitam ordinatum esse Moguntini Directoris munus. Apposite acutissimus scriptor apud Illust. MOSERVM b): *Das Chur - Mayntzische, inquit, Directorium ist, wenn man es in seinem eigentlichen Wesen betrachtet, gar nicht um des Kayfers willen, und zu dessen Dienst, sondern bloss um der Stände willen etablirt, damit selbige jemand haben, der ihre Versammlung ordinis gratia dirigirt, wie dann* auch

a) vt refert Illust. MOSERVS  
Staats-Recht T. VIII. p 13

b) c. 4 p. 28.

auch dessentwegen sowohl die Kayserliche Proposition bey Eröffnung des Reichs-Tags, als alles andere, welches der Kayser hernacher an die Stände zu bringen hat, nicht durch Chur-Mayntz, sondern durch den Kayserl. Principal Commissarium geschiehet, Chur-Mayntz aber solche nicht als ein Minister Caesaris, sondern statuum annimt, und selbige per Dictaturam communicirt. Woraus denn abermahl erfolget, dass, weilen der Reichs-Director kein Minister, noch officialis Caesaris, sondern statuum Imperii, ist, status & Imperium aber auch nach des Kayfers Todt und im Interregno in ihrer Consistentz verbleiben, auch das von ihnen dependirende und zu ihrem Behuf angeordnete Directorium, in seinem Wesen verbleiben, und durch den Todt des Kayfers nicht alterirt werden müsse. Ex quo sane, annuente obseruantia, illud colligi principium potest, quoties conuenit, vt Corpus, Imperium, toties Directoris munus Electorem Moguntinum exercere a). Quis enim nescit, in deputatione Imperii idem obseruari, quoties illa vel de rebus Imperii consultat, vel ad condendam pacem, reuisionem iudiciorum, similiaque ne-

Q 3 gotia,

a) V. I. F. A. LAMMERZ de tinae C. II. §. 14. p. 39. 40.  
Praeeminentia S. sedis Mogun-

gotia, ablegatur? Nihil itaque repugnat, quominus, quod supra euicimus, iura scilicet omnia Principum nostrorum in interregno salua esse, (§. III.), ad haec Moguntini quoque priuilegium referamus. Neque id in dubium vocasse Vicarii videntur, qui illud solum, satis, vt videtur, recte, poscebant, vt Legatus Moguntinus Commissario ab ipsis delegato fidem potestatis sibi commissae faceret. *a)* Quibus autem rationibus Moguntinum Directorium, iisdem illud quoque, quod in senatu Principum obtinet, defendi atque stabiliri potest.

XXVIII. DE CONSULTATIONE ORDINVM, EIVSQUE VI, LEGISLATIONE, ETIAM SINE CONSENSV VICARIORVM PERFECTA.

AD ipsam nunc consultationem ordinum, eiusque effectus accedo. Ostensum est supra, (§. III. & VI.) eandem Imperii formam, quae populo, tamquam optima, placuit, illi haud displicuisse etiam in Interregno, censendam esse. Iam vero Germanis placuit, comitiales consultationes per tria Collegia instituere, &

*a)* V. MOSER *p.* 12. *c. l.*

& in cauffis non exceptis formare Imperii placita, non quidem secundum maiora fingulorum Ordinum suffragia, fed trium illorum collegiorum a). In interregno autem cur alius consultandi modus fit adhibendus, & qui mors Caesaris Electores possit & Principes, quin etiam imperiales ciuitates, insignibus illis iuribus comicialibus, quibus illo viuo gaudent, priuare, nulla sane ratio suppetit. Nemo, cui falus Germaniae curae cordique est, talem formae Imperii nostri mutationem optabit vnquam, neque igitur praesumendum, illam eius conditoribus in mentem venisse. Non aliter sensisse Imperii Ordines nostra aetate, probat constitutio, in interregno ab iis condita, de eligendo Rege Romanorum; & quamquam in conuentu Electorali d. 17. Septembr. 1711. Francofurti Legatus Electoralis Saxonicus eius vim in dubium vocarit: *weil ihr der Consens des Reichs-Oberhaupts fehle, und tempore interregni der Reichs-Conuent auffer Actiuität sey*, tamen inserta est

Capi-

a) v. Grundvesse P. II. c. 8.  
KVLPIVS de placitis ordinum  
Imp. § 14. p. 21. 22. SCHWE-  
DER de Voto decisiuo ciuitat. Imp.

§. 15. Dissert. To. II. p. 293. seq.  
KÖRNIG vom Reichs-Tage P. II.  
c. VI. p. 446. seq.



Capitulationi Caesareae. Itaque Comitibus, vacante folio indictis, facta per Vicarios propositione, primum inter Electores Principesque secundum morem comitorum instituenda est re- & correlatio; deinde audiendae civitates, illudque probandum, quod vel omnibus, vel, si id fieri non potest, duobus collegiis placuerit. Hoc autem Ordinum placitum, quod, vivente Imperatore, tum demum, cum comprobatum ab eo est, vim legis accipit, in interregno statim, ex quo inter Collegia conclusum est, in legem abit. Id ex maiestate, quae in interregno tota est apud ordines, prono alueo fluit. Iussus enim summae potestatis, qui vim efficaciamque legis producit, statim adest, ex quo tempore Ordines inter se conuenerunt. Vicariorum autem subordinata summae potestati facultas tanta esse non potest, vt voluntatem Ordinum irritam reddere possit. Grauius id expositum est apud Illustr. MOSERVM a): *Das Vicariats und Kayserl. Gewalt-Recht gegen einander gehalten, zeigt sich eine Differenz dahin, dass letztere eine potestas rectoria, welcher eine gewisse portio iurium b) maie-*

*staticorum*  
 a) citato saepius loco p. 31. est, sensus enim eam requirere  
 b) vox *iurium* calami forte videtur.  
 errore omissa apud MOSERVM

staticorum würrcklich zu einem Exercitio übergeben, und als ein ius proprium übertragen wird, die erstere aber nur eine potestas directoria ist, die diejenigen jura Maiestatica, die ob bene esse reipublicae füglich von einem Oberhaupte, als so vielen membris exerciret werden kann, und wessentwegen sich der Teutsche Staats-Cörper unter ein Oberhaupt begiebt, durch dessen Todt aber ad Corpus Imperii reuertirt, nicht iure proprio, sed delegato ad commodum publicum promouendum auszuüben hat, und sich daher nicht undeutlich zeigt, dass zwischen der Kayserlichen und Vicariats Gewalt in Comitiiis, non obstante des iuris mittendi commissionem, jedennoch quoad hunc passum der Unterscheid, den die Logici inter figuram, & formam, quae dat esse rei, machen, obwalte, und die semissis Comitialis, ohne übrighens das Ansehen der Vicariorum in Comitiiis zu schmälern, und ihre Gewalt in andern actibus daselbsten zu hindern, wegfiel. Ex dictis consequitur, haud Vicariorum, qui qua tales non sunt legislatores, sed totius Imperii nomine eius decreta esse concipienda, ea forsan forma, quam adhibitam videmus apud EGGENSTORFFIVM a). Quod si solennis recessus Co-

R

mitialis

a) in den Reichs-Schlüssen P. I. p. 107, 169.

mitialis publicatio contra expectationem Ordinibus placeret, haec eatenus a Vicariis peragenda videtur, vt ipsi, vel illorum Legati, quemadmodum solenni ratione auspiciati sunt consultationes, ita iis finem imponant.

**XXVIII. COMITIA A VICARIIS VTRVM CONVOCARI, AN CONTINVARI DICENDVM SIT?**

SED haec haftenus. Antequam vero finem scriptioni nostrae faciamus, quae enim dicenda forte restarent, illorum facilis est ex positis a nobis principiis diiudicatio, placet coronidis loco de ea quaestione breuiter disputare, quae saepe in medium prolata est: a) vtrum mors Caesaris finem Comitibus faciat, ita, vt noua indictione opus sit, an, illa non obstante, perdurent, donec dissoluantur? Affirmatiua placuit CAROLO VI. Aug. qui cum 1712. conuocaret Ordines in literis credentialibus, Cardinalis LAMBERGII ita locutus est: *Nachdemahlen durch den in Aprili verwichenen Iabrs - - erfolgten frühzeitigen*

a) vide, quae ea de re in Collegio Electorali 1711. occasione Capitulationis disputata sunt, apud MOSERVM, Virum illustrem, 4. c. p. 19.

zeitigen Todesfall - - Kayfers IOSEPHI der Reichs-  
 Tag, mithin des dabey sich befundenen Kayserl. Principal-  
 Commissarii - - Commission und Vollmacht erloschen;  
 und wir dann den Reichs-Tag wiederum anzufangen ent-  
 schlossen, a) &c. Negatiuam fulcire videtur Capitu-  
 latio FRANCISCI I, Imp. his verbis: *Ferner sollen*  
*und wollen wir, wenn dermaleinst die Comitiae cessiren sol-*  
*ten &c.* Quippe quae ponunt, eo tempore, quo  
 condita Capitulatio, haud cessasse Comitiae. Mihi  
 haec quaestio ita componi posse videtur. Vtique  
 conuentui Caesaris & Ordinum, quem voca-  
 mus: *den Reichs-Tag*, finem non potest non afferre  
 mors Caesaris. Quam primum igitur haec ad Ordi-  
 nes perlata est, discedere queunt, & non tenentur  
 porro comitiales conuentus inuiti agere. Sed licet  
 illis etiam vna permanere. Quod si Vicarii volunt,  
 vel pluribus Ordinibus placet, minor pars detrectare  
 nequit. Et placuisse hoc illis per tria nouissima in-  
 terregna constat. Hunc conuentum siue dicamus:  
*einen Reichs-Tag*, siue non, perinde est, & in verbo-  
 rum concertationem abit controuersia, super hac re

R 2

mota.

a) editae sunt in *specileg. Obseruat. ad Capitulat. CAROLI VI. p. 96. seq.*

mota. Non tributa est haec denominatio tali conuentui a CAROLO VI. quia non est congregatio Caesaris atque Ordinum; tributa vero a FRANCISCO I. postquam cognouerat, durante interregno, sub Vicariorum auspiciis Comitia posse haberi; & quia mortuo CAROLO VII. Vicariorum atque Ordinum consensu haud dissolutus est Imperii conuentus, quamquam magno Germaniae damno res eo non peruenit, ut more solito deliberationes instituerentur atque conclusa conderentur, quae periculum, quod toti Imperio imminabat, maximum depellere valerent. Triste hoc exemplum Germanis semper ante oculos versari eosque impellere debet ad vota facienda, ut valor novissimae Capitulationis *a)* per commune conclusum Imperii extra omnem dubitationem collocetur, & sic Vicarii nanciscantur facultatem maxime salutarem, folio vacante, pro afferenda fortiter libertate vires Germaniae iungendi, eorumque conatibus resistendi, qui compagem Imperii dissoluere meditantur. Equidem ex dictis patet, laudatum articulum non omnes omnino controuersias tollere, quae circa

*a)* Art. XIII §. 9.

ca exercitium iuris Vicariorum excitari queunt. Ast scopus primarius commode obtineri posse videtur, licet pleraeque & quidem insigniores illae lites indicis maneat. Quodsi enim necessitas omnes vrget, & tam Vicariorum, quam Ordinum, interest, vt praesidia parentur Germaniae, de mediis inter eos facile conueniet, nec Vicarii detrectabunt comprobare ea, quae constatibus suis placuerunt, quo casu, saluis utriusque partis praetensis iuribus, citra quaestionis decisionem, num Vicariis ius competat, Ordinum voluntatem irritam faciendi? hostium molimina reprimi validissime possunt.

\* \* \*

**H**AEC itaque de Comitibus in interregno, pro vicarium tenuitate proponere licuit. In qua adoranda commentatione occupatus, hoc mecum saepe & multum cogitavi, lectores: vtrum grauius digniusque inquisitione illius argumentum sit, an mihi illud tractanti difficilium. Nam cum haec nostratempora considero, quaeque in ea inciderunt interregna, in quibus Germaniam nulla alia rectius ratione, nisi

Comitiis, seruari posse, multi prudentissimorum hominum putarunt, dissentientesque aliorum opiniones colligo: nullam ad excitandam lectorum curiositatem aptiorem reperiri materiam posse, existimaui. Ac me quidem, diu fata scriptorum perpendentem, hoc ipsum ab eius inquisitione deterrere debebat. Graue enim est, multisque nimis forte audax videbitur, ab homine priuato, non in publica luce, sed academica, h. e. ea vita & aetate degente, in qua fundamenta studiorum ponenda sunt, tanti momenti rem publica exponere scriptione. Neque, quod his respondeam, habeo, nisi morem patriae, magnorum utique virorum exemplo comprobatum, quo academica libertate, de iuris nostri publici doctrinis maxime dubiis disputari solet. Hunc ego secutus, adnuente eorum, quorum auctoritate, res meae geruntur, grauissima voluntate, discedens ex hac Alma Georgia Augusta, studiorum aliquam rationem redditurus, in hac exponenda re, non refragantibus aequis censoribus, laborem poni posse, iudicaui. Illud vereor, ne sint, qui non ipsum quidem hoc consilium, sed meam illius tractandi rationem improbent. Quem enim non temere aliquis, in quavis alia re, omnium omnino assensum sperare audet; hunc

hunc mihi in hac caussa, quam tracto, tantum abest  
 vt pollicear, vt potius impossibilem dicam. Habet  
 illud omnis, quae ab analogia ducitur, disputatio, ne-  
 cessario sibi vinculo coniunctum, vt facilius, quam  
 reliquae, pro cuiusuis sensu in vtramque trahi partem  
 possit; nostra peculiare insuper hoc, vt iis nitatur  
 principiis, quae ipsa multis dubitationibus obnoxia  
 sint. Quid, vt hoc vtar, magis interregni natura  
 disputabile? aut de quam vnquam materia, plus  
 quam de potestatis Vicariorum finibus regundis, liti-  
 gatum est? Quicumque igitur in his rebus aliis, quam  
 nos, imbuti principiis sunt, quorum quam magnus  
 sit numerus constat; hi omnes neque nostram hanc  
 de Comitibus in interregno sententiam probare pos-  
 sunt. Accedit, quod nemo sit, qui eorum formam,  
 data opera, longiorique disquisitione exposuerit, cuius  
 adeo vestigia legere potuerimus <sup>a)</sup>; in nobis autem pro  
 iuueni-

<sup>a)</sup> Qui enim adserunt, agi per  
 Interregna Comitibus posse, con-  
 uocandaque esse per Vicarios, plu-  
 res sunt omnino, dignitate &  
 eruditione grauissimi auctores. Ex  
 quibus praeter eos quos passim  
 allegauimus, & defensores Vi-  
 cariorum iurium omnes placet in  
 praesens afferre auctoritatem ma-  
 gno argumentorum pondere hanc  
 causam instruentis Illustrissimi &

Excellentissimi MÜNCHHVSII  
 de Vicariatu Italico C. IIII. §. 7.  
 ARVMAEI de Comitibus C. III.  
 n. 53. CONRINGII Exerc. de  
 Rep. German. IX. p. 471. SCHVT-  
 ZII de statu Rei Romanae. X. 2.  
 not. d. p. 767. KVLPIII ad Mon-  
 zambanum P. II. p. 149. THV-  
 LEMARII de Ostouiratu L.  
 XVIII. §. 13 p. 242. &c.



iuuenilis aetatis, academicorumque studiorum ratione, nec lectionis ea copia, nec abundantia eruditionis, nec iudicium longo rerum vsu atque tractatione satis subactum potuit adesse, quae ad instruendam eam causam necessario fere requiruntur. Quae omnia si cogitatis, rogo autem, horum vt rationem habere velitis; non vanus vobis videbitur metus, quo oculis vestris hanc commentationem subiicimus. Interim tranquilliori is animo euentum exspectare potest, qui non tam ingenii aut eruditionis, quam industriae, non prorsus illiberalis laudem quaerit. Illam si felicitatem fuerim affecutus, ansamque eruditioribus me viris dederim, hanc iuris publici derelictam fere prouinciam magis instruendi, omne me tulisse operis pretium, existimabo. Faxit summum Numen, vt FRANCISCO I. Germaniae gubernacula diu ac feliciter tenente, de Comitibus in interregnis nulla per longa tempora quaestio felicitatem nostram conturbet!

p. 3. lin. 10, pro: *Ständen*: *stunden*. p. 110. lin. 7, pro: *Hem*: *Item*



*Iucundissimo Suo*

IVLIO MELCHIORI STRVBIO

S. D. P.

FRIDERICVS OTTO DE MVNCHHAVSEN.

Cum illud proprium sit amicitiae, vt quantum his, quos vere caros habemus, gloriae, tantum nobis, qui ipsis ex voto quaevis succedere cupimus, gaudii accedat: facile Tibi persuaseris, Amicissime STRVBI, me, quem iure inter Tui amantissimos refers, vti, quae honori Tibi futura arbitror, omnibus, ita praesenti etiam, eoque elegantissimo doctrinae Tuae specimine, maiorem in modum laetari. Quo enim diligentius singulos fere huius commentationis versus relegi, tum, quod Tuam esse noram, (soleo enim ad ea, quae a Te proficiscuntur, legenda summa animi voluptate accedere) tum quod collatum in me reprehendentis officium, accuratorem vniuersae disputationis lectionem a me flagitare videbatur: eo magis adducor, vt non dubitem, ceteras virtutes Tuas, mihi relatu, quam Tibi auditu, quae est verecundia Tua, iucundiores, nouum quasi decus, gratiamque accepturas, amabili hac ingenii Tui imagine, quam Georgiae Augustae, quae ciuibus literatis & ornatissimis, quorum laude ipsa condecoretur, Te hucusque annumeravit, valedicturus relinquis. Eam ipsam autem eruditionis & omnis illius virtutis, qua scriptor quisque, bonae mansuraeque famae cupidus, censerit velit, gloriam sicuti a nullo non lectore, modo harum rerum peritus nec iniquus arbiter sit, Te relaturum confido: ita hunc etiam, non minus optabilem docti laboris fructum Te habiturum velim existimes, vt magis iam Te  
ament,

)



ament, & faciliores ad honores aditus certius augurentur, apud quos honestissimam existimationem Tibi dudum comparavit Illustris Patris Tui, quo praestantiorem Tibi non poterat natura ad imitandum proponere, felix imitatio. Det supremum Numen, vt digna virtute ista, digna eruditione, praemia ex Tuo non magis, quam amicorum voto propediem consequaris. De me profecto Tibi illud confirmare possum, nullum gratiorem nuntium mihi futurum, quam qui Te honore auctum, meque adeo exoptatissimae gratulationis compotem factum esse, referat. Vale & res Tuas age feliciter. Dabam Gottingae a. d. xxv. April. CIO DCC XXXVI.

CHARISSIMO STRVBIO SVO,

*Amico suavisimo.*

S. P. D.

THEODVLVS FRIDERICVS DE WALLMODEN.

Quae exoptatissima solent in quouis vitae genere videri, amore nempe mutuo atque suavi amicitia implicari, ea praesertim in vita academica maximi aestimanda esse, nemo inficias ibit. Sed rara nimis, immo pene inuisa res est, in tanto amicorum academicorum numero, talem inuenire sodalem, qui facto magis quam verbis nomen hocce meretur. Sunt, qui se tibi amicos profitentur, sed si penitus cognoueris, paucos hoc nomine dignos apprehendes. Quo rarior vero amicus verus, spectatae fidei, atque non fucati amoris est, eo felicior ille putandus, cui talis a DEO in vita academica contingit. Ideoque etiam  
ter

ter quaterque me felicem praedicare possum, qui in hac Alma Georgia Augusta ex TVA amicitia, *Amicissime Strubi*, omnia ea commoda, quae ex vera amicitia provenire solent, percepi. A primo enim congressu mira TVA suavitate atque animi candore captus, TE quoque inter paucos dilectum suscepi, amaui, colui. Hac amoenitate consuetudinis, per annum & quod excurrit fructus, nihil nunc magis doleo, quam utriusque nostrorum discessu vinculum istud amicitiae nostrae dissolui. Sed quid loquor? Nec locorum absentia nec temporis diuturnitas, amicitiam tam bene inceptam, tam suaviter cultam, dirimere valebit. Perge potius, *Amice dilectissime*, Tuo me amore in posterum quoque amplecti, & tuum me semper fore, crede. Antequam autem huic Musarum sedi valedicis cum adhuc specimen *Te Tuoque Nomine* dignum edis, de secundo hoc eruditionis TVAE monumento, quo *Te Parenti Tuo Illustri* similem egregie prodis, ex animo gratulor. Faxit DEUS T. O. M. ut felicissima quaeque, quae solertia TUA ac Musae, quibus tam assidue inseruis, TIBI promittunt, mature impleantur. Vale interea, *Amice aestimatisime*, & nostrae amicitiae memor mihi in posterum faue. Scrib. in Georgia Augusta a. d. xxii. April. M DCC XXXVI.

SVAVISSIMO SVO

IVLIO MELCHIORI STRVBIO

S. P. D.

ALEXANDER ANDREAS DE RAMDOHR.

**M**irificus amor tuus, quo me semper dilexisti, fecit, ut easdem partes hodie mihi demandaueris, quas

) 2

vno



vno abhinc anno, cum *de Principe ius suum vi & armis*  
*ruente* disputares, sustinebam. Memini cum summa mea  
voluptate, memini, nec vnumquam obliuiscar huius dulcis-  
simae, quae mihi tecum erat, concertationis; eoque li-  
bentius iterum in eandem tecum arenam descendo, quo  
aptius dubiis te meis responsurum, quo me humanius abs  
te tractatum iri laetus praesentisco. Hic tibi mos est di-  
sputandi, haec tua amabilis est natura, quam certe exuere  
non poteris. Ita vero fiet, vt quem iam olim multis mo-  
dis obstrictissimum habuisti, eum maximo denuo opere  
tibi deuincias. Iam igitur meum foret, animum gratissi-  
mum declarare extollendis laudibus tuis, celebrandis,  
quibus emines, virtutibus. Non faciam, ne humanitate  
& blanditiis tuis illectus videar. Laudant te omnes, qui-  
bus nulla alia causa est laudandi, quam id ipsum, quod  
in te mirantur. Laudant te ea, mi Strubi, quibus has  
adiunxi literas: luculentissima eruditionis & ingenii tui  
specimina, quae gentilitiam & plane paternam referunt  
virtutem. *Vides tu scilicet (quidni tibi tribuam, quod*  
*Geniali Plinius (a) tribuebat?) quem sequi, cuius debeas*  
*implere vestigia. O te beatum! cui contigit viuum atque idem*  
*optimum & coniunctissimum exemplar: qui denique eum potissi-*  
*imum imitandum habes, cui natura esse te simillimum voluit.* Vale.  
Scrib. in Georg. Aug. a. d. xxvi. April. M DCC XXXVI.

(a) Lib. VIII. Epist. XIII.

